



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

276
NO. 291 OF R. M. DAWKINS' COLLECTION
OF BOOKS OF USE TO THE HOLDER OF
THE BYWATER AND SOTHEBY CHAIR
OF BYZANTINE AND MODERN GREEK
IN THE UNIVERSITY OF OXFORD

Dawk. PA 1950. F8(5)

R. M. Dawkins.
1921







FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM

VOLUMEN QUINTUM.

PARS PRIOR

PARIS. — EXCEDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 58.

FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM.

VOLUMEN QUINTUM

PARS PRIOR

FRAGMENTA ARISTODEMI, EUSEBII, PRISCI, JOANNIS ANTIOCHENI,
JOANNIS MALELÆ.

CRITOBULI IMBRIOTÆ

LIBRI QUINQUE DE REBUS GESTIS MECHEMETIS.

ACCEDUNT

PHOTII HOMILIÆ DUE DE PRIMA ROSSORUM INVASIONE

FRAGMENTA PERIPLI PONTI EUXINI ET ANAPLI BOSPORI.

E CODICIBUS PARISENSI, SCORIALENSI, CONSTANTINOPOLITANO, ATHOO,
LONDINIENSI EDIDIT, PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE,

INDICIBUS INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLER




PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIE TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LXXIII



PRÆFATIO.

Quæ hoc volumine continentur ut ederem auctor mihi fuit Victor Langlois, quem morte præmatura literis et amicis nuper ereptum esse omnes lugemus. Videlicet quum collegisset vir doctissimus quæcunque ex historiis græce scriptis in armeniam linguam translata superessent, eaque supplementum esse vellet Fragmentorum nostrorum historicorum, hortatus est ut ipse quoque quæ parata haberem additamenta depromerem. Dedi igitur quæ variis e codicibus descripta diu jam scriniis presseram. Cetera quibus priora quattuor Fragmentorum volumina augenda sunt, in illud distuli tempus quo post absoluta scripta geographica, in quibus totus nunc detineor, primum Historicorum volumen de integro tractabo ac novæ ejus editioni adjungam quæ in ceteris desiderantur. Quæ nunc prodeunt e codice Scorialensi, ea Bussemakero debeo; codicis Parisini excerpta historica Dübnero accepta refero, qui paullo postquam Bibliotheca Imperialis eo libro potita erat, quæ rebus meis inservirent, dictante Millerò, descripsit; codices Musei Britannici et Seraglii Constantinopolitani mea ipse manu versavi. Ceterum compositio hujus voluminis typòthetica, si ita dicere licet, sæpius itineribus meis interrupta est quæ Claudii Ptolemæi causa auspiciis summi scholarum publicarum ministri suscepti. Interea Carolus Wescherus, vir doctissimus, splendidissimo volumine scripta poliorcetica codicis Parisini edidit, quibus supplementi loco excerpta historica in eodem codice servata adjunguntur. Contigit igitur ut tum Wescherianam operam tum aliorum virorum doctorum de excerptis illis observationes in Prolegomenis saltem in usus meos convertere possem. Eadem Prolegomenorum opportunitate usus sum ut Appiani fragmentum adderem, quòd E. Millerus, doctissimus et sagacissimus scriptorum deperditorum indagator, ex ignotis tenebris in lucem protulit. — Jam quod utilitatem eorum quæ nunc exhibemus attinet (multa enim eduntur quæ nullo literarum damno in bibliothecarum oculis sepulta manerent), fragmentum, cui Aristodemi nomen præfigitur, non auget quidem copias nostras historicas et tum aliis vitiis tum mira temporum confusione laborat, attamen in ipsa illa confusione suum quoddam pretium repositum habet. Hæc enim ejusmodi est ut inquirenti in causas perturbationis chronologicæ, quæ per omnem Græcorum historiam antiquiorem diffusa late patet, egregium



præbeat adminiculum. E Prisco et Eusebio quæ afferuntur, ea nova prorsus dicere licet. Joannis Antiocheni fragmenta de rebus Zenonis et Anastasii imperatorum, ex optimis fontibus ducta sunt nec pauca habent parum hucusque cognita, in illis præsertim quæ sunt de bellis Isaurico et Vitaliano. Homo novus et antea ne nomine quidem notus procedit Critobulus, qui Græcus natione a Turcis Imbro præfectus, res Mechemetis scribere et ipsi Turcorum imperatori opus dedicare ausus, singularem inter coævos historicos locum obtinet. Non noveramus nisi Ducam et Phrantzem et Chalcocondylam, græcorum principum ministros et nominis Turcici osiores acerbissimi. Gratum igitur præsto jam adesse etiam historicum ex adversariorum castris profectum, quem licet fateamur longe abesse ut studio liber partes suas rite expleverit, nemo tamen negaverit permulta ab eo suppeditari ab alio nullo prodita et quæ ad penitiorum rerum tum temporis gestarum intelligentiam haud levis momenti sint. Huc accedit quod orationis virtute Critobulus ceteros ejus ætatis scriptores longe superat et narrationis perspicuitate et spiritu quodam poetico lectorem demulcet. Argumenti quadam necessitudine inductus operi in quo primas tenent fata Constantinopolis, subjunxi Photii patriarchæ de prima Rossorum in agrum Byzantium invasione homilias duas, quas ex Athoo codice primus edidit Augustus Naukius. Subsequitur pars media Peripli Ponti Euxini, quem anonymus quidam ex periegesi iambica et Menippo et Arriano concinnavit et suis ipsius additamentis adauxit. Hæc et veterum geographorum fragmenta egregia præbet et lacunas quæ in nostro Arriani periplo latebant, explet et, quod maximum est, Ponti oræ orientalis descriptionem satis accuratam exhibet, ut admotis recentissimis tabulis nauticis, quas Britannorum navarchis debemus, situm veterum locorum multo exactius quam antea liceret definire potuerim. Agmen claudit Anapli Bosporici, quem Dionysius Byzantius condidit, pars postrema, ex qua patet Petrum Gillium aut græca sua non ubique fideliter reddidisse aut, quod malim, codice usum esse deteriore et lacunis mutilo. Ceterum, ut hoc addam, ad explicanda fragmentorum argumenta haud mediocrem attulisse mihi videor diligentiam, quam si tu haud inutilem fuisse judicaveris, gaudebo.

GOTTINGÆ, MENS. NOV.

CAROLUS MULLER.

MDCCLXIX.

PROLEGOMENA.

DE CODICIBUS.

I. CODEX PARISIENSIS DCVII SUPPLEMENTI.

De hoc codice, ex quo Aristodemi et Eusebii et Prisci fragmenta exhibemus, quamvis diligenter jam exposuerit Carolus Wescher in libro elegantissimo qui inscribitur *Poliorcétique des Grecs* (Paris. 1867) p. XI sqq., tamen ut denuo nos dicamus, instituti nostri ratio postulare videtur.

Minoidas Minas a scholarum ministro in Orientem missus ut codices ibi antiquos vel coemeret vel describeret, in Galliam redux an. 1843 inter alia bibliothecæ publicæ tradidit fragmenta nonnulla Polybii, Dionysii, Polyæni, Dexippi et Eusebii, quæ se descripsisse dicebat e codice sæculi XII. Hoc Minæ ἀπόγραφον nunc exstat in Bibliothecæ Paris. codice 485 Supplementi, ex eoque fragmina ista publici juris fecimus ad calcem editionis Josephi (1847). Ceterum Minas etiam veterem codicem, ex quo hæc deprompta erant et cujus acquirendi facultatem denegatam esse putabamus, Parisios attulerat, sed nescio quo consilio clam penes se detinebat, usque dum in domicilio defuncti repertus liber bibliothecæ thesauris vindicaretur (an. 1863). Simul tunc e chartis Minæ compertum est codicem fuisse monasterii Athoi quod Βατοπέδι vocatur.

Liber ille, altus centimetra 27, latus centimetra 20, folia membranacea habet 129, quæ Lucas quidam bibliopega e Verona oriundus (λουκας ουερωνενσης ιλλιγατορ ληθρορομ in cod. legitur), sæc. XVI vel XVII in voluminis formam colligavit. Sex continet codices vel codicum particulas totidem scriptos manibus. Ex his ultimum locum tenet codex sæc. XVI (fol. 104-129), novem continens orationes Lysiae (or. 1. 20. 21. 22. 3. 2. 4. 5. 9 ed. Did.). Reliquæ particulae quinque argumenti vinculo quodam inter se junguntur, sed haud justo se ordine excipiunt, et foliorum nonnullorum vel jactura laceræ, vel transpositione perturbatae sunt. Ut nunc liber habet, series codicum hæc est :

1. Nicetæ Choniatae fragmentum, fol. 1-7.
2. Chrysostomi fragmentum, f. 8-15.
3. Scripta de machinis et arte poliorcetica, f. 18-80 et 82.
4. Aristodemi et Philostrati fragmenta, f. 81 et 83-87.
5. Excerpta historica de praeliis et obsidionibus, f. 88-103. 16. 17.

In codicibus 3 et 4 et 5 foliorum ordo talis qualis nunc est, transpositionibus et lacunis turbatus mutilusque, indicatur adscriptis numeris græcis (α'-πζ'). Hi igitur codices juncti inter se erant antequam accederent codices 2 et 3, quorum alter Nicetæ narrationem de expugnata an. 1204 Constantinopoli, alter partem orationis Chrysostomi de Dei civitate defendenda continet.

SCRIPTA DE MACHINIS.

Itaque primo loco loquar de codice tertio, in quo pristina et genuina foliorum series hæc erat :

- | | |
|--------------|--------------------------------------|
| Quaternio I. | fol. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 32. |
| II. | 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. * |
| III. | 60. 59. 61. 33. 34. 35. 36. 37. |
| IV et V. | 38-53. |

VI.	54. 55. 56. 58. 57. 62. 63. 64.
VII et VIII.	65-80.
IX.	82.

Scripta his continentur :

1. Ἀθηναίου περί μηχανημάτων (f. 18-24. 32. 25).
2. Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν (f. 25-31).
3. Ἀπολλοδώρου πολιορκητικὰ initio mutila (f. * 60. 59. 61. 33-45).
4. Ἡρωνος Κτησιθίου βελοποικὰ (f. 46.-55).
5. Ἡρωνος χειροβαλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία (f. 56. 58. 57).
6. Ἡρωνος περί διόπτρας (f. 60-80. 82).

Scriptura haud elegans, sed antiqua, simillima ei quam sequentes duo codices ostendunt. Ineunti sæculo decimo vel nono exeunti eam vindicat Carolus Wescher in *Poliorecétique* p. XIX, postquam ad undecimum retulerat in Catalogo Bibliothecæ; Minas sæculum duodecimum agnoscere sibi visus est. Ego quoque aut undecimo sæculo aut duodecimo manum istam attribuerim. Certe quantum meus me librorum usus docuit, neque ductus literarum neque interior horum scriptorum ratio ejusmodi sunt, ut ad antiquiora tempora probabiliter referri mihi videantur. Librum Parisinum cum Vin-dobonensi cod. gr. 120 (sæc. XVI) familiam constituere altera familia, cujus reliqui horum operum codices sunt, multis nominibus præstantiorem docuit Wescherus, qui ex duobus illis libris ingentem in Athenæo lacunam explevit, et haud paucas verborum corruptelas codicis Parisini ope sustulit. Idem tamen liber etiam vitia permulta tum sibi propria tum cum ceteris codicibus communia habet, quorum partem manu leni Wescherus sanavit, cetera artis criticæ medelas exspectant (*).

ARISTODEMI ET PHILOSTRATI FRAGMENTA.

Ex sequente codice sex supersunt folia (81. 83. 84. 85. 86. 87). Initio unum saltem folium deperditum; probabiliter vero duo folia interciderunt quæ cum reliquis sex quaternionem integrum e pleno volumine avulsum constituere. Servata continent fragmentum Aristodemi, cui librarii stupor fragmenta operis Philostrati De Apollonio Tyanensi immiscuit, adeo ut fol. 85 lin. 17 in medio versu oratio ab altero ad altera transeat. Animadversa confusione, quidam notis et signis appositis de restituendo disjectarum particularum ordine ac nexu lectorem admonuit. Origo perturbationis e codice repetenda, in quo justam foliorum seriem solutam esse scriba noster non perspexerat. Singula ejus codicis πρωτότυπου folia tot fere verba continebant quot continentur editionum Didotianarum versibus 75 vel 76. Videlicet libri Parisiensis folio 81 habes primos Philostrati versus 75 (p. 1, 1 — p. 2, 5 ed. Did.) et deinceps, omissis versibus 4×76 (p. 2, 35 — p. 8, 23), alios versus 75 (p. 8, 23 — p. 9, 42). Sequuntur fol. 83 vs. lin. 1 usque ad fol. 85 rect. lin. 17 Aristodemi versus 3×75 (p. 1, 1 — 11, 8 ed. nostræ), quos excipiunt (fol. 85 rect. lin. 17 — fol. 86 v.) Philostrati versus 2×75 (p. 2, 35 — 5, 24), quibus dimidia pars lacunæ, quæ in fol. 81 latet, expletur. Reliqua deinceps ad finem usque folii 87 Aristodemi sunt.

Idem fere singulorum foliorum ambitus est in Turinensi codice eclogarum περί ἀρετῆς καὶ καχίας, ut ex fragmentis inde repetitis in *Fragm. Histor. tom. III*, p. 409 et alibi intelligitur. Idem porro valet de codice eclogarum περί ἐπιβουλῶν, ex quo in Hispania sæc. XVI codex Scorialensis M, I, 11 descriptus est; nam quod ibi in mediam Dionysii narrationem intruditur fragmentum Polybii (v. *Fr. Hist. tom. II*, p. XXVII) 2×77 versus Didotianos explet et in prototypo duo folia loco suo mota complevisse videtur.

Ex his autem libris quum clarissimus ille Turonensis olim bibliothecæ Constantini Porphyrogeniti fuisse haud immerito censeatur, idem fortasse statueris de prototypo codicis Escorialensis

(*) In Athenæi libello corruptissimo nonnulla emendare studui in *Gœttinger gelehrte Anzeigen*. 1869, p. 4-7.

nec non nostri Parisini, qui medius est inter alios duos, quos e collectaneis Constantinianis et bibliothecæ Constantinopolitanæ codicibus profectos esse verisimillimum est.

In folio 81, nullo præmisso titulo, initium vitæ Apollonii Tyanensis exstat inde a verbis : Οἱ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν ἐπαινοῦντες usque ad verba : ἀποδημίας τ' αὐτοῦ ἀναγέγραφεν, ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτός φησι (p. 1, 1 — p. 2, 35 ed. Did.). Hæc igitur primum τοῦ ἀρχετύπου folium implebant. Deinde iacet quattuor foliorum lacuna (p. 2, 35 — p. 8, 22). Adscriptum ibi legitur : Ζήτει τὸ λείπον (ζητὸν cod.) τούτου ὀπισθεν, ἐν ᾧ σημεῖόν ἐστι τοιοῦτον ο—ο, ἢ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου « γέγραφεν ». Signum istud occurrit in folii 85 r. versu decimo septimo, qui ita habet : εἰς Ταίναρον, ἐν τῷ Ποσειδῶνος τεμένει ἰκέτευεν· γέγραφεν· ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτός φησι (V. Aristodem. p. 11, c. 8, 2). Verba γέγραφεν... φησι quum jam legantur. fol. 81, consequitur ultima folii primi verba initio secundi folii in πρωτοτύπῳ codice perperam repetita esse. Ceterum fol. 85, 17 sqq. dimidia tantum lacunæ pars (archetypi fol. 3 et 4) expletur usque ad verba δεῖσθαι ἔφη τοῦ ποιήσαντος (p. 5, 24 D.), altera pars usque ad verba τὴν μνημοσύνην ᾗδετο (p. 8, 22), in deperditis codicibus nostri foliis exstitisse debet. Igitur ad finem hujus supplementi iterum adnotandum erat : Ζήτει τὸ λείπον τούτου ὀπισθεν κατ. Quoniam vero nulla ejusmodi nota lector ad sequentia amandatur, annotator noster codicem talem jam repererit qualem nos habemus, in quo folia alteram hujus lacunæ partem exhibentia desiderantur. — Post lacunam illam in folio 81 sequuntur Philostrati verba ἐν ᾧ πάντα κατ. usque ad πηγὰς ἐκδίδωσιν δὲ χῶρος ἀφθόνους (p. 8, 22 — p. 9, 43 Did.). Folium 82 ad Heronis librum pertinet. Folii 83 pagina prior scribæ inattenti sphalmate in codicibus passim obvio vacua relicta est. Majorem ejus partem quidam octo medicamentorum formulis inquinavit. Manu hæc scripta sunt ei quæ reliquum codicem exaravit simillima. Altera folii pagina in media phrasi incipit verbis : ἀττιγάμενος γὰρ μίαν ἡμέραν κατ. Supra hæc versus literis majusculis scriptus exstat qui ita habet :

ο — × — ο καὶ τὸ σημεῖον· τοῦτο ἐστὶ (καὶ) τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου

Alterum καὶ, quod inclusi, in codice linea transducta deletum est. In fine pars membranæ, unius vel duorum verborum capax, periit. Sub voce Ἀριστοδήμου aliquid erasum esse videtur. Litera x ita exaratur ut voces καὶ hanc fere formam præ se ferant : ε'ζ'. Eodem autem prorsus modo litera scripta est in præceptis medicis paginæ antecedentis. Hinc proclivis suspicio est eidem homini qui medica illa dedit, etiam signa et notulas vel inscriptiones deberi, quibus rupta codicis intestina sarciuntur. Signo nostræ paginæ præfixo relegamur ad deperdita nunc folia, ubi narrationi interposito Philostrati loco abruptæ adscriptum legebatur : Ζήτει τὸ λείπον ὀπισθεν τούτου, ἐνθα σημεῖον τοῦτο ο — × — ο, vel tale quid. Initium fragmenti superstitis in narrandis rebus versatur quæ proxime præcedebant pugnam Salaminiam. Has et subsecutas usque ad proelium Mycalense in libro legebantur, cujus finis notatur in imo folio 84 rect., ubi : τέλος τοῦ*. Inferiores literarum partes cultro bibliopegæ præcisæ; numerus libri qui fuerit certius dici nequit, quum tenuissimus solummodo apex servatus sit; δ' fuisse Wescherus censet. In sequente pagina supra primum versum scriptum erat : Τὸ et numerus libri sequentis. Ibi superiora literarum abscisa. Numeri pars inferior a Weschero ad ε' refertur conjectura dubia. Deinde in medio folio 97 interponi locum Philostrati supra jam monui. Post eum resumitur narratio de rebus Græcorum, quæ continuatur usque ad finem folii 87, ubi in expositione causarum belli Peloponnesiaci abrumpitur.

Fragmentum hoc Aristodemi cujusdam historici esse ex præfixis ei verbis probabiliter viri docti collegisse videntur (*). Quamquam ea verba non ita habent ut nullum dubitationi locum relinquunt. Ut nunc exhibentur, sensu carent. Expectabas : ζήτει vel ἰδοὺ τὸ σημεῖον· τοῦτο ἐστὶ τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου, aut : κατὰ τὸ σημεῖον τοῦτο ἐστὶ τὸ ζ. etc. Itaque nescio an quod in codice

(*) Excipiendus est Minas. Is in indice quem codici inseruit, primam fragmenti partem (c. 1-c. 10, 4 cd. nostr.) ad Charonem refert (Τοῦ Λαμφακηνοῦ, οἶμαι, Χάρωνος τεμάχιον ἐκ τοῦ περὶ Περσῶν πολέμου), reliqua Ephori τεμάχιον esse censet. Quam obiter Minas codicem inspexerit, inde quoque patet, quod fragmentum ionica dialecto scriptum in fol. 17, et ex eodem Eusebio petitum quem fol. 103 habes, ἀνωνύμου τινὸς esse dixit, et quod Josephi de Jotapes obsidione fragmentum ad Hierosolymorum obsidionem pertinere asseverat.

exaratum est καὶ hoc loco significet κατά. Hoc si non concesseris, alterum illud καὶ, quod est ante verba τὸ ζητούμενον, præter rationem deletum dixeris; aut enim utrumque καὶ delendum, aut utrumque servandum fuisse. Si servaveris, verba interpretanda videantur: *Hoc est et signum Aristodemi narrationi in antecc. appositum et narrationis pars quæ in antecc. desiderabatur.* Ceterum nescio an post verba τοῦ Ἀριστοδήμου verbum aliquod una cum membranæ particula avulsum sit. Deinde vero reputes in proxime antecedentibus dicendum fuisse de Aristodemo Spartiata qui ob oculorum morbum non interfuit prælio ad Thermopylas commisso et propterea Trepidi nomine notatus est, quam infamiam ad Platæas summæ virtutis laude delevit (v. fragm. c. 3, 5). Suspiciari igitur licet in præfixo lemmate de ipso hoc Spartiata, non vero de ignoto quodam Aristodemo historico cogitandum esse, adeo ut verba redintegranda sint in hunc sensum: *κατὰ τὸ σημεῖον τοῦτο ἴσται καὶ τὸ ζητούμενον τοῦ Ἀριστοδήμου [ἀνδραγάθημα], sub hoc signo narratur etiam illud quod in antecc. quærebatur Aristodemi facinus egregium.* Nam fieri potuit ut in antecedentibus ad locum, ubi de Aristodemo ageretur, adscriptum esset: *Ζήτει ἐν τοῖς ὄπισθεν τὸ τοῦ Ἀριστοδήμου ἀνδραγάθημα.* Conferri aliquatenus possit quod in Eclogis Polybianis (14, c. 12) abruptæ ob codicis defectum narrationi de Ptolemæo Philopatore et Cleopatra appictum legitur: *ζήτει· ἐνλείπει γὰρ φύλλα μὴ, ἐν οἷς (addere debebat καὶ) περὶ τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης.* Denique ad hoc quoque attendas quod annotator noster in lemmate Philostrati loco adscripto nomen auctoris non indicavit, neque de eo edoceri poterat ex unico illo quaternione, quem ob oculos habebat, quoniam initium operis Philostrati caret titulo, qui pro more vetere sub finem scriptus fuerit. Eodem autem modo quum historici quoque nomen in fine demum operis integri notatum fuisse probabile sit, Aristodemi nomen, si quidem illud historici est, non ex ipsis illis, quæ tenebat scholiasta, foliis, sed aliunde in notitiam ejus venisse statuendum foret. Hæc quum ita habeant, multum certe abest ut quæ de Aristodemo historico tanquam fragmenti nostri auctore feruntur, pro certis et exploratis vendere possis.

EXCERPTA HISTORICA.

Sequuntur ex alio codice duo quaterniones integri (fol. 88–103) et tertii quaternionis folia duo (16 et 17), quæ neque folio 103 continuantur neque inter sese cohærent. Igitur duo minimum folia interciderunt. In summa pagina fol. 88 olim exstitit inscriptio versum integrum explens et partem versus secundi. Servata sunt verba versus secundi: *διαφόρων πόλεων;* in priori primæ literæ fuisse videntur ςρ, quamvis una ρ litera supersit integra. Quomodo refingendus sit titulus haud liquet. De conjectura scribere licet in hanc fere sententiam: *Στρατηγικαὶ παρατάξεις καὶ στρατηγήματα καὶ πολιορκίαι διαφόρων πόλεων.* Cum his conferri ex parte potest titulus: *Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων,* qui libro e Polyæni maxime Strategematis collecto et in codicibus nonnullis Heroni Byzantio sæc. X scriptori attributo præfigitur (V. Henr. Martin in *Mémoires présentés par divers savants. 1^o série, vol. IV, p. 580*). In nostro libro inscriptionem illam idem homo dederit, qui in antecc. laceros codices in ordinem redigere studuit. Continentur in codicis parte superstite de præliis et obsidionibus excerpta historica, quæ hoc se ordine excipiunt:

1. Ἐκ τῆς Διονυσίου ἱστορίας βιβλ. κ'. Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ὑπάτων Ποπλίου Δελίου καὶ Ποπλίου (fol. 88 v. — f. 90 v, 19) sive descriptio prælii ad Asculum, quam ex Minæ apographo dedimus ad calcem Josephi ed. Didot.

2. κα'. Ἐκ τῶν Πολυαίνου (4, 3, 22) στρατηγημάτων. Ἀλεξάνδρου καὶ Πύρου (f. 90 v., 15–91 r., 6).

3. κς'. Ἐκ τῶν Πολυαίνου (4, 6, 3) στρατηγημάτων (f. 91 r., 7–15). Narratur strategema quo Megareses elephantos Antigoni, qui urbem obsidebat, immissis suibus in fugam verterint. Quod quum ad *prælia* minus pertineat, tanquam appendix subjunctum esse videtur antecedentibus, ubi de pugna contra Porum Indum ejusque elephantos commissa sermo est.

Deinde a præliis ad obsidiones transitus verbis paratur, quæ in antiquioribus codicibus versus dodecasyllabos fuisse patet hunc in modum refingendos:

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς [τε] πολιορκίας

καὶ τὰς ἐκ τῶν ἔνδον παρασκευὰς, εἰ μὴ
 γραφὴν ἀγνωμοσύνης φαύγειν θέλομεν (*),
 ὁ λόγος ἔρχεται, πράξεισι [ταῖς] πάλαι
 τὸ τῶν μηχανῶν πιστούμενος χρήσιμον.

His subjicitur distichon :

Ἵσμίνην δεδάηκας ἀμετροβίων ἐλεφάντων·
 Ἰνδοφόνους (**) κρατεροῦς οὐ τρομέεις πολέμους.

Sequuntur de obsidionibus narrationes quæ excerptæ sunt e Dexippo, Prisco, Arriano, Polybio, Thucydide, Eusebio, Josepho.

1. Ἐκ τῶν Δεξιππου. Πολιορκία Μαρκιανουπόλεως (f. 91 v., 21-92 v., 3).

2. Ἐκ τῶν Δεξιππου. Πολιορκία Φιλιππουπόλεως (f. 92 v., 4-98 v., 6).

3. Ἐκ τῶν Δεξιππου. Σίδης πολιορκία (f. 93 v., 7-93 v., 2).

Hæc ex Minæ ἀπογράφῳ habes in Dexippi fr. 18. 20. 21 in Fragm. Histor. tom. 3, p. 675 sqq.

4. Ἐκ τῶν Πρίσκου. Πολιορκία πόλεως Ὀβιδούνα (f. 93 v., 3-21).

5. Ἐκ τῶν Πρίσκου. Ναϊσσοῦ πολιορκία (f. 93 v., 22-94 v., 2).

6. Ἐκ τῶν Ἀρριανοῦ. Τύρου ἀλωσις (f. 94 v., 3-97 v., 10). Ex Arrian. Exp. 2, c. 15-24.

7. Ἐκ τῶν Ἀρριανοῦ. Γαζέων (deb. Γαζάων) πολιορκία (f. 97, v., 11-98 v., 17). Ex Arrian. Exp. 2, c. 22-27.

8. Ἐκ τῶν Πολυβίου. Συρακουσῶν πολιορκία (f. 98 v., 18-100 v., 27). Majorem hujus excerpti partem aliunde jam noveramus. Quæ nova accedunt, infra exhibebimus.

9. Ἀμβρακίας πολιορκία. Πολυβίου βιβλ. κα' (f. 100 v., 28-102 v., 21). Hæc ex Minæ apographo habes ad calcem Josephi p. 16-18.

10. Ἐκ τῶν Θουκυδίδου. Πολιορκία Πλαταιέων (f. 102 v., 21-103 v., 19).

11. Ἐκ τῶν Εὐσεβίου θ'. Πολιορκία Θεσσαλονίκης (f. 103 v., 20 usque ad finem paginæ, ubi narratio abruptitur unius saltem folii jactura. Ejusdem Eusebii, qui dialecto ionica scripsit, ea sunt quæ leguntur in folio 16 de obsidione urbis Macedonicæ, sive Thessalonica fuerit sive alia. Hæc quoque in media narratione subsistunt. Quot deinde folia perierint, haud liquet. Unum superest folium 17 ex media narratione Josephi de obsidione Jotapes (Bell. Judaic. lib. 3, c. 7, 3-30 et cæp. 33-64, p. 155-164 et 166-167 ed. Didot).

NICETÆ FRAGMENTUM.

Folia 1-7 sunt codicis Nicetæ Choniatae, sæc. XIV. Prima verba : τὴν τοῦ Δούκα τοίνυν ἐπίπληξιν καὶ ἐμβρόμησιν (p. 750, 14 ed. Bonn.). Ad redintegrandam narrationem præcedentes versus 33 editionis Bonnensis desiderantur. Itaque unum solummodo folium excidisse videtur. Desini fragmentum in ultima verba libri de rebus Alexii Murzuphli : ἡ ἐπανάκλησις τε καὶ ἡ παράκλησις (p. 770, 13 ed. B.), quæ exstant in medio folio 6 vso. Sequens folium, quod ejusdem codicis est, scriptura vacat. Igitur quaternionem integrum e codice Nicetæ compiler quidam avulsit, eo scilicet consilio, ut narrationem de expugnata an. 1204 Constantinopoli, in qua major fragmenti pars versatur, antiquioribus illis obsidionum exemplis subjungeret.

FRAGMENTUM CHRYSOSTOMI.

Sequitur fol. 8-15 quaternio, quem in integro codice orationum Chrysostomi vicesimum secundum fuisse ex numero in imo folio 15 adscripto intelligitur. Codex ille sæc. XII binis columnis scriptus eleganter. Superstes quaternio continet ultimos versus quadraginta orationis

(*) Θέλομεν] ἐθέλομεν codex. Includa supplevi.

(**) Ἰνδοφόνους] Ἰνδοφόρους codex. Coniicias ἐλεφάντων Ἰνδοφόνων. At præstat voci ignotæ substituere vocem apud Nonnum frequentissimam. Sic 38,80 habes νίκης Ἰνδοφόνου. Idem Nonnus elephantos ἀμετροβίου; dicere solet. Nostri quoque versus e Bassaricis quibusdam, fortasse Dionysii, petiti fuerint.

tertiæ περί ἱεροσύνης (p. 294. 12-52 ed. Dübner) et dimidiam fere partem orationis quartæ (p. 295, 1 — 302, 21 ed D.). Sequens quaternio, qui reliqua (p. 302, 21 — 308, 41) continebat, in Parisino libro excidisse putandus est. Servata verba ultima et prima partis deperditæ ita habent :

Οὐ γὰρ πρὸς ἓν εἶδος ἡμῖν μάχης ἢ παρασκευῆ, ἀλλὰ ποικίλος οὗτος ὁ πόλεμος καὶ ἐκ διαφορῶν συγκροτούμενος τῶν ἐχθρῶν.... Καὶ δεῖ τὸν μέλλοντα τὴν πρὸς πάντας ἀναδέχασθαι ἢ μάχην τὰς ἀπάντων εἰδέναι τέχνας, καὶ τὸν αὐτὸν τοξότην τε εἶναι καὶ σφενδοθήτην καὶ ταξίαρχον καὶ λοχαγὸν καὶ στρατιώτην καὶ στρατηγὸν καὶ πεζὸν καὶ ἵππεά καὶ ναυμάχην καὶ τειχομάχην.

Fusius deinceps auctor exponit quantis ingenii dotibus ac scientiæ copiis instructus esse debeat, si quis τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν contra impetus hostium diversissimorum defendendam sibi proposuerit. Vides spirituales quendam artes poliorceticas præcedentibus a clerico quodam subjungit. Quodsi simul antecedentis orationis pars postrema exhibetur, id propterea accidit quod in eodem in quo altera quaternione legebatur. Nimirum compilerator noster perfunctorie rem agens integros quaterniones e codicibus suis avulsit, quasi rudes lapides, quos dolare et partibus ad propositum inutilibus purgare neglexit. Sic in Nicetæ quoque quaternione multa sunt quæ ad Constantinopolis obsidionem nihil pertinent. Similiter in altero codice duorum præliorum descriptiones habemus, quoniam obsidionum exempla, quæ sola proferri ratio instituti postulabat, in medio demum quaternione incipiunt. Ipse codex, cujus particulam Noster dedit, aperte destinatus erat ut exemplis historicis illustraret non solum præcepta artis poliorceticæ, sed ea quoque quæ ad tacticam et strategicam spectant. Quemadmodum vero hunc librum compilerator truncavit, sic idem fecerit codici primo, qui et ipse, ut ceteri hujus generis codices tantum non omnes, ante scripta de re poliorcetica dederit alia quæ erant de re tactica et strategica. Laciniam ex uberiore collectione superstitem etiam in Aristodemi fragmento agnoscimus, quod tantum abest ut cum subsequentibus obsidionum exemplis commune aliquid habeat, ut quæ ad ea pertineant, de industria prætermissa esse videantur; nam jure mireris in pentacontaetiæ historia ne verbo quidem commemorari obsidiones celeberrimas Thasi et Ithomes. Contra vero hæc historiæ græcæ pars quæ præliis et artis imperatoris exemplis maxime insignis est, ad illustranda scripta περί τακτικῶν καὶ στρατηγικῶν peraccommodata erat. Simili prorsus modo Romanæ historiæ partem eodem nomine præ ceteris memorabilem in Constantinianis περί στρατηγημάτων eclogis adumbratam fuisse colligitur e titulo περί γνωμῶν, ubi ad verba Polybii (lib. 6, c. 1) : Καλλίστον ἔφαμεν, ἅμα δὲ ὠφελιμώτατον εἶναι... τὸ γνῶναι καὶ μαθεῖν πῶς καὶ τίνοι γένοιτο πολιτείας ἐπικρατηθέντα σχεδὸν πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐν οὐδ' ὀλοῖς πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τῶν Ῥωμαίων ἔπεσαν etc., adscriptum legitur : Ζήτει ἐν τῷ περί στρατηγημάτων.

Obsidionum exempla ex ampliore aliqua collectione delibata esse eo indicari videtur quod locis e Polyæno petitis numeri κα' et κς' adscribuntur, quos e pleniore libro inattentus scriba præter rem in sua transtulit (*). Ampliorem autem illam collectionem eandem fuisse censeo, qua usus est auctor anonymus libri qui inscribitur : Ὅπως χρῆ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἷος ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι. Editus liber in Veterum mathematicorum operibus (Paris. 1693) e duobus codd. Parisinis. Idem in aliis haud paucis libris mss. exstat, sed in omnibus sine mutilus est. Quanta ejus pars perierit, nescimus. In nonnullis codd. opus attribuitur Heroni Byzantio, Constantini Porphyrogeniti coætaneo. Quicumque fuerit auctor, non scripsit ante seculum decimum, ut ex mentione Thessaloniciæ an. 904 a Saracenis obsessæ intelligitur. Exempla historica singulis artis obsidionalis præceptis auctor ita subjungit, ut fontes unde ducta sint, non commemoret, et si quid ab historico narretur ad ipsam obsidionem minus pertinens, id vel omittat vel in breve contrahat. Conferre cum nostris excerptis licet quæ Anonymus habet de obsidionibus Tyri, Gazæ, Syracusarum, Ambraciæ et Jotapæ (p. 361. 326. 325. 318. ed. Paris. 1693) (**). Comparatio docet Nostrum et Anonymum interdum verbotenus consen-

(*) In Παρεκβολαῖς ἐκ τῶν στρατηγικῶν πράξεων vel παρατάξεων, περί τοῦ οἷον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγὸν (quæ leguntur in codd. Vat. 219, Paris. 2437, 2441, 2522) quinquaginta Polyæni capita habes secundum genera rerum disposita.

(**) Reliquæ obsidiones in superstitute Anonymi parte commemoratæ sunt : Cæsareæ (p. 318), Neapolis (319), Citri

tire, dum aliter rem eloquatur scriptor, ex quo ducta narratio est. Communem igitur excerptorum fundum utrique subesse concludimus. Porro quum Noster ex Arriano excerpta duo tantummodo afferat, plura vero ex eodem Anonymus depromserit, hinc quoque colligimus, quod alio indicio moti jam coniecimus, scilicet in codice Parisino nonnisi selecta quaedam ex antiquiore et pleniore syntagmate capita exhiberi. Similiter etiam in singulis obsidionibus narratio Anonymi integrior est et ab auctoris, qui excerptur, verbis minus recedit, adeo ut Noster sit antiquiorum excerptorum excerptor negligens. () Eamque rationem vel ea ostendunt excerpta, quorum tenorem cum verbis auctoris, ex quo ducta sunt, conferre non licet. Ejusmodi est narratio de obsessis et expugnatis Syracusis. Quatenus de his eadem etiam Anonymus narrat, plenior hic et integrior est; quatenus ex uno codice Parisino pendemus, supina excerptoris negligentia vel ex eo apparet, quod Polybii narrationem ita truncavit, ut urbs non anno demum 212 a. C, sed paucis diebus post quam an. 214 frustra eam Marcellus oppugnaverit, capta esse videatur.

Ceterum fontem ex quo tum Anonymus tum noster scriptor excerpta sua petiverint, in collectaneis Constantinianis agnoscere mihi videor. Etenim Constantinum Porphyrogenitum, qui et ipse quaedam de re tactica elaboraverat, antiquiora de rebus bellicis scripta et horum illustrandorum causa, ex more antiquo, excerpta historica colligenda curasse recte haud dubie a viris doctis statuitur, quamquam disertum ejus rei testimonium desidero. Fortassis ejus operis curam imperator commisit Heroni, quem novimus Athenæi, Bitonis, Heronis Alexandrini, Philonis et præ ceteris Apollodori scripta κατ' ἐκλογὴν συντάξαι et cascum illorum dicendi genus κατὰ τὸ σαφέστερον μεταποιῆσαι (vid. p. 199 et 296 ed. Wescher.) Idem tanquam supplementum τῶν Πολιορκητικῶν etiam Γεωδαισίαν composuit, ex qua liquet scripsisse virum Constantinopoli regnante Constantino Porphyrogenito (Vid. St Vincent in *Extraits et Notices des mss.* tom. XIX, p. II, p. 848 sqq.). Exteriorem excerptorum adornationem, qua singulis narrationibus nomen scriptoris præfigitur, eandem habes in Geoponicis a Cassiano Basso imperatoris jussu collectis, dum alia est in quin-

a Bulgariis captæ (321) [ineunte sæculo decimo, ut videtur. Vid. Tafel in libro De Thessalonica p. 58], Thessalonicae, ab Agarenis captæ (326), Aradi (328), Hierosolymorum (ib.), Sardinum (363), Oxianæ petræ (363), quarum partem haud dubia etiam in nostris excerptis haberemus, si integer codex Parisinus ad nos perdurasset.

(*) Ut exemplo res probetur, enotabo discrepantiam quæ inter Nostrum et Anonymum intercedit in narratione de Tyri obsidione, quam Arrianus, 2, c. 13,7 — c. 24, 2 suppeditavit. — Pag. 308, 13 ed. Wescher. legitur ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν δὲ κορυμῶς τεναγῶδης, ubi post v. πόλιν exciderunt quæ leguntur apud Arrian. 2, c. 18 p. 52, lin. 3-15 ed. Didot. Hæc lacuna, quæ non erat in Excerptis quibus Anonymus usus est, librarii oscitantiae debetur. — 309, 6. ἄλλῃ ἀρθονία] κολλῶν ἀρθ. Anon. et Arrian. — 309,8. Ordo verborum idem est apud Anonymum; alius est in codd. Arriani. — 309,9. Post v. ἐγένετο omittuntur quattuor versus Arriani, quos habet Anonymus. — 309,10. τῷ τε βασιλεύει] τε habet etiam Anon.; in nostris Arriani codd. non legitur. — 310, 2 προχωρήκει] librarii sphalma; προεχωρήκει Arrian. et Anon. Ibid. ἐπέστησαν] δύο addunt Arrian. et Anon. — 310,3. προκαλύμμα] προκαλύμματα Arr. et An. — 310,5. ἐν ταύτῃ] ἐν τῷ αὐτῷ Arr. et An. — 310,7. χωνόντες] ἀπὸ τῶν κύργων addunt Arr. et An. — 310, 9. κληματίδων] κλημάτων Arr. et An. — Ibidem verba καὶ ἐν κύκλῳ περιφέσσουσι Arriani et Anonymi omissa sunt. — 310,16. ἔθεσαν] ἐθέσαν Arr. et An. — 311,8. παρεσκευάστο] παρεσκευασμένα ἦν Arr. et An. — 311,12. Nonnulla Arriani et Anonymi omittuntur. — 312,15. Omittuntur non omittenda et ab Anonymo non omissa verba ὅσας μὴ τὸ ἀπὸ τῆς νεῶς κύρ ἐπέσχεον. — 311,16. Post vocem ἀρτάμενος (p. 53.17 Did.) inseruit ἔγνω, quod non habent Arr. et An. — 312, 3. In brevius contrahuntur verba Arriani c. 19, 6, p. 35, 30-34, quæ integra præbet Anonymus. Deinde septuaginta versus editionis Didotianæ (c. 20, 1-21,2, p. 53, 35-55,6) omittuntur, quos habet Anonymus singulis quibusdam verbis varians, semel addens quæ in nostro Arriano non leguntur; sc. cap. 20, 8, p. 54, 29 post verba αὶ σὺν Ἀλεξάνδρῳ νῆας addit : εἰπὼς ἄρα εἰς ναυμαχίαν τοὺς Τυρίους προκαλείσαιντο. — 312,7. νήσων] librarii errore pro νεῶν, uti est ap. Arr. et An. — 312,12. Quædam omissa quæ habet An. — 312, 15-18. Verba Arriani reddit Anonymus (nisi quod v. ἔγγυς omittit), non item codex Patris. — 315,5 σχολόνος] χοίτικας librarii sphalma ap. Anon. 313,7 et 12. Nonnulla omittuntur quæ habet Anon. — 313, 14. ταῖς τῶν Μακεδόνων ναυσὶ] ταῖς Κυπριαῖς ναυσὶ Arrian. et Anon. — 313,15. Multa omittuntur (c. 22,7-c. 23,2) quæ habet Anon. — 316, 3. Paucis absolvit, quæ integra ex Arr. 23,3, p. 57, 23-27 habet An. — 316, 7. Omittuntur Arrian. p. 57, 32-58, 8; ea Anonymus habet usque ad p. 57, 42, sequentia et ipse comprehendit verbis : ἀλλὰ καὶ τοῦ τείχους ληφθέντος, οἱ Τύριοι οὐκ ἐνετίδωσαν.

In Excerpto de Gazæ obsidione (ex Arrian. 2,25), p. 317,3 ed. Wescher. Γαζέων] Γαζαίων recte cum Arriano Anonymus. 317,4. ὃ ὄνομα] ἦν addunt Arr. et An. — 317,9. ἐ; εἰκοσι] ἐς omis. Arr. et An. — 317,10. ἡ ὁδὸς] ἡ ἄνοδος Arr. et An. — 318,2. ἐπὶ τῆς ἀρχῆς] ἐπὶ τῆ ἀρχῆ Arr. et An. — 318,3. τῇ πόλει] τὴν πόλιν Arr. et An. — 318,5. οἱ γὰρ μὴν] οἱ δὲ Arr. et An. — 318,6. τὴν πόλιν διὰ ὕψους τοῦ τείχους] τὸ τείχος διὰ ὕψους τοῦ χώματος Arr. et An. — 318,7. αἰρετώτερον] αἰρετόν Arr. et An. — 318,15. Omittitur narratio de portento (p. 60,3-12), quam habet Anon. — 319,3 et 320,8. Nonnulla omittuntur, quæ habet Anonymus. Exit Anonymus in v. ἐμάχοντο, post quam vocem oratio lacuna huius.

quaginta tribus eclogarum historicarum titulis. Inter hos quoque unus fuisse videtur *περὶ στρατη-
γημάτων*, qui semel memoratur in eclogis *περὶ γνομῶν*. Quamquam fieri etiam potest ut ibi pars
syntagmatis de rebus bellicis intelligenda sit.

II. CODEX SCORIALENSIS Ω, I, 11.

Joannis Antiocheni fragmenta ex eclogis Constantinianis *περὶ ἐπιβουλῶν* in quarto Fragmentorum
Historicorum volumine dedi secundum codicem Parisiensem 1666, qui fine mutilus in rebus Ze-
nonis (an. 486) subsistit. Nunc quæ ibi desiderantur, supplevi e codice Scorialense Ω, I, 11,
qui easdem de insidiis eclogas exhibet integras. Titulus iis præfigitur (fol. 107) : Ἐκ τῆς ἱστορίας
Ἰωάννου Ἀντιοχείως, ut monui in *Fragm. Hist.* tom. IV, p. 535. Quod vero ibidem dixi subscriptum
legi : Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα, id, ut postea vidi, secus habet. Videlicet excerpta ex Joanne
Antiocheno subscriptione carent. Post ultimum fragmentum ad postremum Phocæ imp. annum
(610) pertinens in codice spatium vacuum est sex versuum capax. Ea in lacuna periiit tum sub-
scriptio, tum initium excerptorum quæ deinceps leguntur e Chronicis Joannis Malelæ. Servata
eorum pars nunc incipit verbis : ... φεύσατο μετὰ τοῦ Ἀγίσθου πῶς ὀφείλει δόλω φονεῦσθηναι ἐρχόμενος
Ἀγαμέμνων (v. Malela p. 133, 7 ed. Bonn.), pertinet vero usque ad fol. 167, ubi subscriptum est :
Τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα περὶ ἐπιβουλῆς.

Joannis Antiocheni fragmenta quæ sunt de rebus imperatorum Byzantinorum, nova multa
eque ex optimis fontibus ducta præbere inter historicos satis jam constat, idque iis quæ e co-
dice Scorialensi jam accedunt, magis etiam comprobabitur. Quod duces attinet, quibus Joannes
se addixit, sæpius monui multa eum eodem prorsus modo referre quo eadem narravit Socrates
(vid. not. ad fr. 184, 186, 189, 190, 193, 195, 211). Verum, nisi egregie fallor, Joannes hæc non
ex Socrate, qui ecclesiasticis summa civilis historiæ momenta immiscuit, expiscatus est, sed ex
eodem sumsit Eustathio Epiphaniensi, quo Socrates usus est, et quem historias suas usque ad
duodecimum Anastasii annum (502 p. C.) deduxisse ex eodem Socrate novimus (v. *Fr. Hist.* 4,
p. 138). Ac quoniam Eustathius in historiis suis excerpisse perhibetur tum alios tum Dionem
Cassium, Herodianum, Nicostratum, Dexippum, Arrianum, Asinium Quadratum, Zosimum et
Priscum, ex quibus Dionem, Herodianum, Zosimum et Priscum etiam Joannis fragmentis reddi
luculentissimis exemplis probatur, vix erraveris si Joannem Syrum statueris non denuo istos hi-
stóricos excerpisse, sed excerptos jam ab Eustathio Syro in usus suos convertisse. In postrema
historiarum parte, qua res post an. 502 gestas narrantur, iisdem quibus Theophanes fontibus usus
esse videtur.

Ceterum alter quoque Joannes, Malela ille dictus, quamvis in majori operis parte plane helluo
et pecus sit, attamen Antiochiæ urbis historiæ fons est præcipuus et de suæ ætatis rebus Byzan-
tinis auctor haud spernendus. Quod quidem multo clarius appareret, si integrius opus ad nos per-
venisset. Etenim editiones Malelæ uno nituntur codice Oxoniensi ex quo Chronographiam descri-
psit Edmundus Chilmeadus et e schedulis ejus viri Humfredus Hondius an. 1691 edidit. At codex
ille et initio et fine mutilus est. Ex parte in fine deperdita codex Scorialensis duo excerpta ser-
vavit quæ pertinent ad tempora Justiniani. Reliquis excerptis docemur in codice Oxoniensi narra-
tionem auctoris permultis locis magnopere breviatam esse, adeo ut tum his *περὶ ἐπιβουλῶν* eclogis
tum illis quas *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* codex Turonensis (fol. 81 v.-85 r.) suppeditat, ad majorem
integritatem opus revocari possit.

III. CODEX CONSTANTINOPOLITANUS.

Codex qui Critobuli libros quinque de rebus gestis Mechemetis continet, Constantinopoli as-
servatur in bibliotheca Seraglii sive palatii imperatoris Turcorum. In indiculo codicum græco-
rum turcice scripto numero II designatur, in catalogo quem ipse in Seraglio composui, sub nu-
mero XIV recensetur.

Chartaceus est, sæc. XVI, longus centimetra 22, latus centimetra 15; foliis constat 306; in singulis paginis versus 34. Scriptura satis nitida. Singuli foliorum fasciculi, qui, soluta voluminis compagine, nullo jam vinculo coercentur, non ubique sunt quaterniones legitimi, sed foliorum numero variant. Fasciculus primus folia habet sex, decimus decem, decimus septimus septem; vicesimus sex. In vicesimo primo sive ultimo priores paginæ quattuor scripturam ostendunt, reliquæ vacuæ sunt. In decimo (p. 129-148) media folia quattuor (p. 135-142) scripta sunt literis multo majoribus quam cetera. Videtur ibi aliquid omissum fuisse, cujus supplendi causa mediis quaternionibus foliis duobus substituta sunt folia quattuor; quum vero omissorum copia non tanta esset, ut hæc sueto scribendi genere impleri possent, grandioribus literis scriba usus est, quamquam vel sic accidit ut ultimæ paginæ (142) pars manserit vacua. In primo sex foliorum fasciculo paginæ 1-4 et 10-12 scriptura vacant; in paginis 5-9 legitur epistola, qua Critobulus Mechemeti sultano opus suum dedicavit. In margine quinque centimetra lata colore rubro adscribuntur singulorum capitum argumenta, quæ enotare non erat operæ pretium; magni vero momenti sunt quæ ibidem atramento scripta leguntur. Hæc enim ex alio codice aliaque operis recensione, quam in exhibendo verborum græcorum contextu secuti sumus, addidit a se supplementa (*) et locis quam plurimis varias lectiones contexit. Nostrum codicem transcriptum esse ex codice lacunis mutilo, primum colligitur ex lib. 1, c. 5, 7 p. 58, ubi post verba διατιθέμενος δὲ τοῦ oratio abruptur. Desiderantur versus quattuor vel quinque. Scriba lacunam animadvertens, sed quanta deesset nescius, unius fere versus spatium vacuum reliquit; hoc deinde alia manus explevit et reliqua, quæ contineri eo non poterant, ad marginem scripsit. Alia lacuna liber secundus laborat. Etenim quum per totum reliquum opus finis singulorum annorum expressis verbis more Thucydideo commemoretur, in codice nostro desideratur mentio anni 6962, adeo ut libro secundo, quo res quattuor annorum narrantur, tres tantum anni comprehendi videantur (V. not. ad 2, c. 1 p. 105). Et hæc quidem lacuna quum nulla marginis nota indicetur, etiam in altera operis recensione existisse debet. Jam reperit eam auctor argumenti libro secundo præfixi, ut ex verbis χρόνου πληθους ἐτα τρία colligitur. Eadem causa fuit cur in sqq. regis annus quintus in quartum, sextus in quintum et sic porro abierint, qui errores deinde vel ad marginem vel in raris correcti sunt.

Quod epistolam Critobuli attinet, aliud ejus exemplar ab eo quod codex noster habet diversum Tischendorfius edidit in *Notitia editionis codicis Bibliothecarum Sinaitici* (Lips. 1860) p. 123, ubi hæc :

« Denique missis in præsens ahis, de historico breviter dicamus, cujus quod sciam nec opus nec nomen innotuit. Quo enim tempore Muhamedes II orbem terrarum gloria nominis sui implebat, inter monachos græcos montis Athi inventus est qui historiam rerum ab eo gestarum conscriberet. Conscriptam Muhamedi misit, libri censuram exspectans. Cui exspectationi etsi latet quomodo satisfactum sit, tamen ipse liber non periit. Nuperrime enim in ipsa ea urbe, in qua Muhamedes sedem constituit, contigit ut in manus meas incideret codex in quo Muhamedis res gestæ a Critobulo monacho conscriptæ leguntur. Historiam satis verbose scriptam præcedit epistola, unde scriptoris pariter atque libri ratio cognoscitur. Quam quum favore Alexandri Lobanow principis, viri intelligentissimi literarumque amantissimi, nactus sim, viris doctis ejus legendi copiam faciam. »

In his istud de Critobulo monacho Athoo commentum ejusmodi est ut Tischendorfius aut non vidisse codicem aut, si viderit, ne prima quidem ejus verba legisse videatur. Epistola autem, quam vel cujus ἀπόγραφον T. favore Alexandri Lobanow, qui tunc imperatoris Rossorum legatus Constantinopoli versabatur, accepit, num olim in codice nostro, cujus compagine dissolutam esse monui, juxta alteram illam exstiterit, an ex alio quodam Critobuli codice depromta sit, in medio mihi relinquendum est. Nonnulla quæ in nostro codice ad marginem notantur (ut § 4 verba

(*) Vid. v. c. not. ad 2, 19, 2, 3, 8, 4, 4, 1, 4, 5, 4, 4, 10, 7, 5, 6, 1.

ἐν πέντε τμήμασι διελών et § 13 καὶ νεωρίων), alterum epistolæ exemplar in contextu verborum habet; ne tamen putemus id esse ejus Historiarum recensiois, cujus varias lectiones margo nostra præbet, reliquo dissensu, quem in annotatione consignavi, impedimur.

IV. CODEX ATHOUS PHOTII.

De Photii codice chartaceo, formæ maximæ, sæc. XVII, qui in Athoo τῶν Ἱερίων monasterio asservatur, nihil ego novi præter ea quæ in annotatione p. 162 attuli. His nunc addere liceat nonnulla eorum quæ disputavit Augustus Nauck in proœmio editionis Lexici Vindobonensis (Petroполи 1867. 8) p. XXIII.

« Photii, inquit, εἰς τὴν τῶν Ἑὼς διμιλίων, quæ nunc primum integræ a nobis eduntur, spectant ad Rossorum incursionem Constantinopolitanam anno 865 factam, de qua quæ e græcis et slaviciis scriptoribus tradita sunt, tametsi discordant inter se neque ad accuratam rei cognitionem videntur sufficere, hoc tamen ostendunt, ingentem civibus terrorem injecisse Rossorum manum ducentis navibus præter spem appulsam, et nisi coorta subito tempestate prædantium advenarum naves fractæ essent, facile fieri potuisse, ut turpissima quæque Græci perpeterentur. Homilias autem, quibus Photius calamitatem istam Constantini urbi divinitus immissam deplorat, dudum constabat seculo XVII una cum aliis homiliis Photii in codice quodam vel Mosquæ invento vel Mosquam allato lectas esse a Paisio Ligaride metropolita Gazensi. Paisius enim Nicolao Heinsio notitiam rei una cum secundæ homiliæ exemplo impertiit, Heinsius quæ acceperat a Paisio concessit Bigotio, Bigotius eadem primum cum Combesio communicavit, deinde Montefalconio tradidit. Inde Combesius in Bibliothecæ patrum auctario novissimo et Montefalconius in Bibliotheca bibl. mss. initia Photianarum εἰς τὴν ἔφοδον τῶν Ἑὼς homiliarum indicarunt. (*) Alter earundem homiliarum codex olim fuit in Bibliotheca Escorialensi, quem enim Baroëtius in Catalogo codd. Scor. bibl. vel potius Guil. Lindanus (hunc enim Baroëtius sequitur) Photianæ homiliæ prodit titulum εἰς τὴν ἔφοδον τῶν φωτῶν, eo has ipsas de quibus agimus εἰς τ. ἔ. τῶν Ἑὼς significari acute perspexit Kunik... Codices et Mosquensis et Escorialensis incendio videntur absumpti. Paisius autem quod confecit alterius homiliæ exemplar nescimus quo devenerit. Verumtamen quæ apud Mosquenses et Hispanos frustra quæsitæ erant, alibi inventa sunt. Etenim Porphyrius Uspenski archimandrita an. 1858 in codicem monasterii Iberici montis Atho incidit, cui et aliæ Photii homiliæ et duæ εἰς τ. ἔ. τῶν Ἑὼς inerant. Indicavit ἑβραίων suum Petro Sewastianof, qui quas homilias hominibus rerum rossicarum studiosis grates fore intelligebat, photographicæ artis ope reddidit et exemplum Petropolim allatum permisit an. 1861 m. Febr. collegæ cl. E. Kunikio, qui mihi... mandavit ut verba græca transcriberem et recenserem. »

V. CODEX LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI.

De codice Musei Britannici, qui inter codices additicios numero 19, 391 signatur, dixerunt viri doctissimi Fridericus Madden in diario quod *Athenæum* inscribitur (8 Mart. 1856, p. 299) et Joannes Yates in *Transactions of the royal society of Literature* tom. VIII, 1864 (*Some account of a volume containing portions of Ptolemy's Geographi and of the Geography Minores.*), ubi vir egregius etiam verba græca fragmenti ex Anaplo Bospori petiti descripsit. Deinde ipse Londinii totum codicem excussi. Volumen illud, ut nunc habet, viginti et uno constat foliis membranaceis, longis centimetra 34, latis centim. 26, quæ mense Martio an. 1853 Simonides Græcus Museo Britannico vendidit. (**) Duorum codicum particulas continent eadem manu scriptas, quæ sæculi XIV vel,

(*) « Pluribus de hac re disputavit E. Kunik in Bulletin de la classe historico-philologique de l'Acad. des sc. de S.-Petersbourg tom. VI, p. 373-379 (an. 1849); tom. VIII, p. 185 sqq. (an. 1851). »

(**) In prima voluminis pagina Maddenii manu scriptum legitur: « Purchased of M. C. Simonides (through M. W. B. Barker), 12 March 1853. Joannes Yates l. l. : It is important, inquit, to observe, that the contents of the volume were delivered by Dr. Simonides to the British Museum in detached portions, and were afterwards bound together. »

Maddeno iudice, sæc. XV esse videtur. Folia 14-21 avulsa sunt e Ptolemæi geographiæ codice, qui servatur in Athoo τῷ Βατοπεδίου monasterio. Hunc codicem octo illis foliis (f. 34-41) jam spoliatum Petrus Sewastianoff an. 1858 arte photographica exprimendum curavit et an. 1867 photolithographiæ artificio repetivit et edidit Ambrosius Firminus Didot. (**). Reliqua Londiniensis libri folia tredecim (f. 1-13) non continuum orationis tenorem exhibent, sed duorum, ut videtur, foliorum jactura interruptum. Decerpta sunt e codice quem et ipsum in Atho monte quaerendum esse vel ex eo colligas quod fol. 3 juxta verba ἐς τὸν Ἄθω recens manus in margine scripsit Ἄθως ὄρος, quæ quidem marginalis nota hac manu scripta in toto volumine unica est. Integer codex quænam opuscula continuerit, præmisso docemur indiculo. Inde vero nec non ex cetera codicis ratione patet librum Athoum originem ducere ex notissimo codice Heidelbergensi 398, sæculi X, cujus priores quaterniones quinque sive folia quadraginta nunc desiderantur. Videlicet ex 22 opusculis codicis Athoi opuscula 5-22 eodem ordine etiam Heidelbergensis habet, nisi quod in Athoo deest Arriani Κωνηγετικὸς quem Palatinus inter scripta geographica N. 5 et 6 parum apte interponit. Itaque vix dubium est quin priora quattuor scripta codicis Athoi olim etiam in Heidelbergensi legerentur. Quam conjecturam firmat computatio. Etenim si in Athoo libro post folium tertium duo folia excidisse statuamus (quod pro certo fere asseverare licet), usque ad locum ubi nunc incipit Heidelbergensis, quattuordecim paginæ et dimidia forent, quæ in Heidelbergensi 80 fere paginas deperditas explerent, quandoquidem in Athoo scriptura tam est minuta et pressa ut una pagina tot circiter verba habeat quot in Heidelbergensi libro, scriptura grandi et quadrata exarato, paginis quinque et dimidia continentur. Ceterum index scriptorum ita habet :

Ὁ τῶν γραφέντων ὡς βιβλίων πίναξ.

α'. Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ

(Fol. 1 v., 11-fol. 3 v., 10. Vid. Geogr. Min. tom. 2, p. 494-509.)

β'. Ἀγαθημέρου τοῦ Ὁρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις.

(Fol. 3 v., 10 usque ad finem folii 3 v., ubi græca desinunt in verba ἔστι γὰρ μακρὰ, in Geogr.

Min. 2, p. 486, 7. Desunt igitur ultimi versus quattuor vel quinque hujus opusculi. Deinde desideratur opusculum tertium et major pars opusculi quarti. Quæ omnia non ultra duo folia impleverint nunc deperdita.) (*)

γ'. Ἀνέμων θέσις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημάτων.

δ'. Διονυσίου Βυζαντίου Ἀνάπλους Βοσπόρου.

(Ejus scripti pars ultima exstat in fol. 4 r., 1-9. Subscriptum Διῶρθωται οὐ πρὸς πάνυ σπουδαίον ἀντίγραφον. Vide infra p. 190 hujus voluminis.)

ε'. Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου ἐκατέρων τῶν ἡπείρων τῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν.

(Fol. 4 v., 10-fol. 7 v., 8. In medio hoc Pseudarriani periplo, fol. 6 v., 18 codicis Londin., § 43, p. 412 in Geogr. min. tom. 2, incipit codex Heidelbergensis, qui postremam peripli partem habet in foliis 1-6. — Deinde codex Heid. fol. 723o ponit Ἀρριανοῦ Κωνηγετικόν, quem Athous liber omisit.)

ς'. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανόν, ἐν ἧ καὶ περίπλους Εὐξείνου πόντου.

(**) *Géographie de Ptolémée, reproduction photolithographique du ms. grec du monastère de Valopédi, exécutée d'après les clichés obtenus sous la direction de M. Pierre de Sewastianoff, et précédée d'une introduction historique sur le mont Athos, les monastères et les dépôts littéraires de la presqu'île sainte par Victor Langlois. Paris 1867, fol. Librairie de F. Didot.* Codicem e Batopedio monasterio ablatum esse acute jam suspicatus erat Joannes Yates l. l. p. 21. Octo illa Ptolemæi folia continent Geographiæ librum septimum, libri octavi capita 1-3, tabulam orbis terrarum, tabulam insularum Britannicarum et dimidiam partem tabulæ Hispaniæ. Fusius de his dicemus in editione Ptolemæi.

(*) In aliis codicibus inter duo hæc opuscula (α' et β'), medius interponitur libellus, cui titulus : Διάγνωσις ἐν ἐπιτόμῃ τῆς ἐν σφίρα γεωγραφίας, ita ut præcedat Agathemeri opus (β' in cod. Lond.), sequatur Anonymi ὑποτύπωσις (α' in cod. L.). Post tria hæc opuscula in codd. Pariss. 1406. 1406. 1554 et Matrit. 138 habes initium Anapli Bospori.

- (Fol. 7 v., 9-fol. 9 v., lin. 2 ab ima. In cod. Heidelb. fol. 30-40. Geogr. Min. 1, p. 370-401.
ζ'. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.
(Fol. 9 v. ult.-fol. 12 v., 4 ab ima. In cod. Heidelb. fol. 40-54 v. Geogr. min. 1, p. 257-305.
In utroque codice subscriptum : Διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.
η'. Ἄνωτος βασιλείως Καρχηδονίων περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείας στήλας Διευκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει.
(Fol. 12 v., 4 ab ima-12 v., 25. In cod. Heidelb. fol. 55-56. Geogr. m. 1, p. 1-14.)
θ'. Φίλωνος Βαντίου (sic pro Βυζαντίου) περὶ τῶν ἑπτὰ θαυμάτων.
(Fol. 12 v., 26-fol. 13 v., 2, relicto deinceps spatio vacuo, quod versibus 17-18 sufficeret.
In cod. Heidelb. fol. 56 usque ad finem folii 59 v. In utroque codice opusculum fine mutilum desinit in verba : πρῶτον μὲν ἐβάλετο κρηπίδα δεκάβαθμον διεγείρων πρὸς βάσιν μεταωροφανές καὶ περὶ. In cod. H. recentiori manu adscribitur : λείπει φύλλα τινά; in cod. Athoo : ἕως ὄδε. Perierunt in illo ultima folia quaternionis decimi tertii. Constat igitur quomodo nata sit lacuna; unde sequitur Athoium codicem, ubi oratio subsistit in prima paginæ parte inque medio versu, originem ducere e codice Heidelbergensi.
ι'. Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν ιζ' βιβλίων.
(Cod. Heidelb. fol. 60-156. In cod. Athoo folii 13 v. pars posterior primos versus 27 hujus operis exhibet. Ultima verba : παραλλήλων καὶ ὀρθῶν καὶ τῶν τοιούτων (p. 513, § 18 in Geogr. min. tom. 2). Reliqua omnia in codice Lond. desiderantur.
ια'. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὄρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐρισκομένων.
(Cod. Heidelb. fol. 157-172. Geogr. min. 2, p. 637 sqq.)
ιβ'. Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.
(Cod. Heidelb. fol. 173-189.)
ιγ'. Ἀντωνίου Λιβεράλις Μεταμορφώσεων συναγωγή.
(Cod. Heidelb. f. 189-208.)
ιδ'. Πάτρις Κωνσταντινουπόλεως κατὰ Ἡσύχιον Ἰλλούστριον.
(Cod. Heidelb. f. 209-215.)
ιε'. Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου Καίσαρος περὶ θαυμασιῶν καὶ μακροβίων.
(Cod. Heidelb. f. 216-234.)
ις'. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Ὀλυμπίων ἀγώνων.
(Cod. Heidelb. f. 235.)
ιζ'. ἈπOLLωνίου ἱστορικὴ θαυμάσια.
(Cod. Heidelb. f. 236-242.)
ιη'. Ἀντιγόνου ἱστορικῶν παραδόξων συναγωγή.
(Cod. Heidelb. f. 243-264.)
ιθ'. Ἰπποκράτους ἐπιστολὴ Θεμιστοκλέους. Sic scribæ lapsu, ut videtur. Debebat : ιθ'. Ἰπποκράτους ἐπιστολαί (cod. Heid. f. 265 sqq.) κ'. Θεμιστοκλέους (cod. H. f. 283 sqq.).
κ' (deb. κα'). Διογένους τοῦ Κυνός (cod. H. f. 303 sqq.).
κα' (deb. κβ'). Βρούτου Ἑρωμαίων ὑπάτου (cod. H. f. 322 sqq.).

Quodsi ex hisce recte colligitur codicem Londiniensem de codice Palatino, nescio qua successionis serie, descendere, eo ipso liquet in scriptis, quæ uterque codex continet, variæ lectiones libri Lond. ab omni auctoritate destitutas ac meræ scribarum vel negligentiae vel, si quando proba obviam fiunt, intelligentiæ vindicandas esse. Ac sane in Pseudo-Arriani parte ultima, in Arriani et Anonymi periplis Ponti et maris Erythraei et in Hannonis scripto nihil invenitur quod ex alio codice derivandum sit. Quod attinet scripta geographica Anonymi et Agathemerii (N. 1 et 2) et partem Pseudarriani Periplus Ponti Euxini, quæ ex aliis codicibus novimus, Londiniensis liber in plurimis quidem lacunis et nominum numerorumque corruptelis cum reliquis conspirat, simul autem tum vitia quædam ipsi propria habet, tum vero multis locis solus genuinam auctoris scripturam servavit. Omnes illi codices, inter quos principem locum Londiniensis obtinet, ex

eodem fonte satis jam impuro deducendi sunt; qui quidem fundus communis majus scriptorum geographicorum σύνταγμα fuerit, ex quo alii alia quædam selegerunt. Præcipuum vero libri Londiniensis pretium in eo positum est, quod solus suppeditat anonymi peripli Ponti Euxini partem mediam et verba græca ultimorum capitum Anapli Bospori, quæ infra p. 174 sqq. exhibui. Hoc autem loco quæ sit in ceteris libris geographicis in cod. Heidelb. deperditis varia lectio, enotabo.

ANONYMI PERIPLI PONTI EUXINI PARS PRIMA.

Hanc non noveramus nisi e codice Vaticano 143 et excerptis nonnullis quæ suppeditat codex Vindobonensis. (Vid. Geogr. Min. tom. I, p. 402-412.)

Inscriptio libri in codice Lond. ita habet: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου πόντου ἑκατέρων τῶν ἡπείρων αὐτῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν. α' Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους. β'. Παφλαγονίας. γ'. Τῶν δύο Πόντων. δ'. Τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου. ε'. Θράκης τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ. — Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ σεβαστῷ Ἀρριανός. Eundem titulum, sed lacuna mutilum, præbent Excerpta codicis Vindobonensis. Vel hinc igitur patet ea non petita esse e genuino Arriani periplo, uti monueram in G. M. p. 402 not. Quamquam vel nuper Hercherus (Arriani scripta minora. Teubn. 1864, p. 94, lin. 6-19) Hudsoni aliorumque vestigia legens locum satis amplum ex cod. Vind. in Arriani periplum infersit.

Pag. 402, 4. προσαγορευόμενος] προσαγορευομένου, ut Vat., neque id mutandum erat. — 7. δὲ] τε bene. — Ib. λειπόμενον] λεγόμενον, ut Vindob. — 8. τὸ .. κείμενον] τοῦ κειμένου. — 10. Διὸς [τοῦ Οὐρίου] τοῦ, a Gailio suppletum, non habet, neque eo opus est.

P. 403, 4. δὲ] om. — Ib. πλείοντι] περιπλείοντι. Dein Ῥίβαν.. Ῥίβα. — 12. Ψιλλίδα] Ψίλιον, recte; sic enim Arrianus. — 14. ὀρμίζοντο] ὀρμίζοντο. — 16. Ψιλλίδος] Ψίλιδος. — Ib. Κάλπην et mox Κάλπη] Κάλπιον... Κάλπις. — 17. τὸ] om. — 19. ὀποῖος] ὀποῖον. — 20. ψυχροῦ καὶ καθαροῦ] καθαροῦ ψυχροῦ. — 24. στάδια κ', μίλια β', ε', σ'] στάδια κβ' ε' δ'. μίλια γ' δ'. Stadium numerus ortus ex conflatis numeris stadiorum et millium, deinde ex corrupto sic stadiorum numero collectus est numerus millium computo haud accurately. — 26. Δάφνην] Δαφνουσίαν, quod recipiendum est, quoniam lin. 30 Vaticanus quoque Δαφνουσίαν habet. — 27. ὑπὸ νήσῳ] ὑπὸ τὴν νήσον; lege ὑπὸ τῇ νήσῳ. — 28. Ἀπολλωνιάς ... Ἀπολλωνιάδος] Ἀπολλωνία ... Ἀπολλωνίας. — 31. ἡ λεγομένη χηλὴ Μηδιανῶν] ἡ καὶ νῦν λ. Χηλὴ Μ. Hæc compiler de suo addidisse videtur, ut passim. Quare etiam non est cur Χηλὴ mutetur in Χηλαί ex Arriano.

P. 404, 2. ἔξεισι διὰ τῆς Θυνιάδος] ἔξεισι δ. τ. Θυμηδίας. — 5. ἐφ' αὐτῷ μεσηγὺς πόλιν Προυσιάδα] ἐπ' αὐτῷ μεσόγειον π. Πλουσιάδα. — 8. ὄρμος] καὶ ὄρμος. — 9. Λιλέον... Λιλεοῦ] Λιλαῖον ... Λιλαίου, recte. Nomen in Arriani periplo § 18, p. 383, abiit in Λίλλιον. — Ib. Ἐλαιον] Ἐλεον. — 12. Lacunam quam explevi verbis: ἀπὸ δὲ Ἐλαίου εἰς Κάλπητα ἐμπόριον καὶ ποταμὸν στάδια ρκ', μίλ. ις', non habet codex Lond., in quo legitur: ἀπὸ δὲ τοῦ Ἐλέου εἰς Κάλπητα ποταμὸν καὶ ἐμπόριον etc. — 16. στάδια ιθ'] στ. κ', recte, quum sic habeat Arrianus. — 19. Μηδίας] Μηδείας. — 28. Ποσειδεῖον ... Ποσειδείου] Ποσειδεῖον ... Ποσειδεῶν. — 29. Ποτίστει] Ποτίστια. — Ib. στάδια μ', μίλια η'] στ. μ', μίλια ε', γ', in quibus stadiorum et millium numeri consentiunt; at quæritur num stadiorum numerus recte habeat. — 30. Κυρσαιτὰ] Κύρσαντα. De vera nominis forma non constat. — 31. Τυνδαριδῶν] Τυνδαρίδος L, Τυνδαριδίνης Vatic.; in antec. uterque εἰς Τυνδαρίδας, ut ap. Arrian. — στάδια με', μίλια σ'] στάδια ιε', μίλ. β', recte, sic ut Arrianus.

P. 405, 1. Ὀξίνα] Ὀξίνα ποταμοῦ. — Ib. Σανδαράχην] Σινδαράχην et mox Σινδαράχης. — 2. μικρᾶς] om. — Ib. μίλια ε'] μίλια ε', γ', recte. — 4. Ψύλλαν .. Ψύλλης] Ψύλλιον .. Ψύλλίου. In Arriani cod. Ψύλλαν. — 9. Βιλλαιὸς ποταμὸς] ποτ. Βιλλ. — 13. Ψίλιδα ... Ψίλιδος] Ψίλλαν .. Ψίλιδος. — 17. δ Παρθένης] δ Παρθένιος. — 20. ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου εἰς Ἀμαστράν τὴν καὶ Ἀμαστριν λεγομένην πόλιν etc.] ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου εἰς Ἀμαστριν πόλιν Ἑλληνίδα, ἔχουσαν καὶ πρότερον λεγόμενον Σήσαμον. — 23. ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας etc... μίλια ε'] om. — 27. Ἀμαστριν] Ἀμάστραν.

P. 406, 1-3 ita habet codex : ἐπὶ τῶν τόπων κτίσασα πόλιν δμῶσμον Ἀμαστρις, Ὁξάθρα μὲν ἱστορομένη θυγάτηρ, ὡς λόγος, ὑπάρχειν τοῦ Πέρσου, τοῦ δὲ Ἡρακλείας Διονυσίου τοῦ τυράννου γενομένη γυνή, ex quibus prima verba usque ad v. ἱστορομένη sic recipienda sunt in periegesin iambicam (vs. 963 p. 237). — 5. Ἐρυθίνους] Εὐρυθίνου. — 6. Χηλῆς Ἐρυθίνων] Εὐρυθίνων χηλοῦ. — 8. εἰς Κύτῳρον] εἰς Κύτῳρον χωρίον, ἄρμον ναυσί. — 9. Κυτῳρών] Κυτῳρών. — 10. στάδια ἑ μιλ. ς', ς', ς'] σταδ. λ', μιλ. δ', recte, quum sic Noster cum Arriano faciat, qui a Climace ad Thymena 90 (30 + 40 + 20) stadia computat. — 13. Θύμνηα .. Θυμήνων] Θύμνηα .. Θυμίνων. — 18. ἐκ] ἀπό. — 21. Μαρσίλλαν] Μόρσουλαν. — 24. Ἀδώνου τεῖχος τὴν νῦν λεγομένην Ἰωνόπολιν] Ἀ. τ., πόλιν τὴν ν. λ. Ἰωνούπολιν. — Ib. Αἰγινίτην] Αἰγινιτῶν. — 30. Κινῳλήν .. Κινῳλή] Κίνολιν .. Κινῳλει et similiter in sqq. — 32. Ἀντικινῳλιν] Ἀντικινῳλιν. — 35. τῶν ποταμῶν] τῶν om. — 36. ἀκρουλεπτήν] ἀκραν λεπτήν et deinde ἀκρας λεπτής, recte. — 38. αὐτὸν] εἰς αὐτόν.

P. 407, 1. Σινῳπην] Σινῳπην πόλιν. — 3. καλεῖται] λέγεται. — 8. πλησίον χωρίον] πλησιοχώρου. — Ib. ποτὲ μὲν] ποτὲ μὲν τὸ πρῖν. — 10. Ἀμαζόννας] Ἀμαζόνων. — 11. Δηλιόντι] Δυιλ. — 12. Ἀδρώνδας γένοι] ex Meinekii conj.; Ἀδρώντας γ. cod. Vat.; lege cum cod. Lond. Ἀδρων τῶ γένοι, ut idem Meinekii conjecerat. — 13. Κῳος] Κῳς. — 17. Εὐναρχος] Εὐναρχος et sic in sqq. — 19. δρίζει τὴν] τὴν om. — 23. τὰ] om. — 27. πρῳτόν] πρῳτήν, recte. — 29 sqq. Codex Lond. ita habet :

Ἀπὸ δὲ Καρουσῶν (Καρούσας Vat.) εἰς Γουρζουθάθην (Γουρζουθάθων Vat.) στάδια ε', μιλια η'.

Ἀπὸ δὲ Γουρζουθάθης εἰς Ζάγορα στάδια ζ', μιλια ιε'.

Ἀπὸ δὲ Ζαγῳρών χωρίου εἰς Κάλιππον (sic) λεγόμενον στάδια ρν', μιλια κ'.

(Ἀπὸ δὲ Γουρζουθάθου εἰς Γάζουρον χωρίον ἤδη Καλίππου λεγόμενον στάδια ρν', μιλια κ' Vat.)

Ἀπὸ δὲ Ζαγῳρών εἰς Κάλικον (leg. Ζάλικον, Vat. Ζάληκον) ποταμὸν καὶ κόμην ἀλίμενον στάδια ζ', μιλια ιε'.

Ἀπὸ δὲ Ζαλίκου (Ζαλήκου Vat.) ποταμοῦ etc., ut in Vat.

In his uterque codex suis vitiis laborat. In Arriano a Carusa ad Zagora 150 stadia esse dicuntur, nullo memorato loco intermedio. Anonymus quum Gurzubathen a Carusis 60 stadia distantem interponat, a Gurzubathe ad Zagora stadia 90 computare debebat, ut recte fit in codice Lond., dum Vaticanus exhibet stadia 150, quem numerum auctor, interpositi loci inmemor, ex Arriano servavit. Error hic in alio codice ad marginem correctus esse videtur, indeque orta confusio illa, qua in cod. Lond. uterque numerus memoratur et inter Zagora et Calippos distinguitur. Cf. p. 409. 2. Nomen Γουρζουθάθων, quod Vat. habet, rectius in cod. Lond. scribi Γουρζουθάθη colligo ex forma nomini *Orgibate* in Geogr. Rav. Hodie locus vocatur : *Kior Siuwei*. Ζάγορα in Arriani cod. scribitur Ζάγορα, in cod. Marciani Ζάγορον, in Vat. Γάζουρον, ap. Ptolem. Γάλωρον, in Tab. Peut. *Zacoria*. Ζάλικος in cod. Lond. minus recte legitur; nam Ζάληκος præbet etiam cod. Marciani p. 571, 22, *Eleca* Tab. Peut. Apud Ptolemæum p. 327, 19 ed. Wilb. editur Ζάλισκος, sed ibi quoque optimus codex Vatican. 191 præbet Ζάλησκος. — 36. ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ] ὑπὸ τὴν ἐπικρατείαν. — 40. ἔργα τριακόσια δὲ στάδια] ἄρια, τριακοσίοις σταδίοις. — 42. ἔξεισιν] ἐξίησι.

P. 408, 1. εἰς τὸν N.] εἰς N. — 2. λίμνη .. λίμνης] λιμὴν .. λιμένος. — 3. Εὐσῆνην] Εὐσῆνην .. Εὐσῆνης. — 4. Κωνωπέου] Κωνωπίου, ut Vat. — 7. στάδια ρξ', μιλια κα', ς' ς'] στ. ρξ', μιλ. κα' γ', recte. — 12. ἐστὶν εἰς Ἰσσικὸν] ἐστὶ κατὰ Ἰσσικόν. — 16. περὶ αὐτὸν] π. αὐτὴν. — 17. In Vaticano legitur : Ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων ἐκ τῆς Κιλικίας πεντεκαίδεκα ἡ χερσονήσος. Mutila hæc quomodo resarcire in periegesi iambica (v. 928-32) Meinekii tentaverit, vide in Geogr. min. 1, p. 235. Integriora præbet codex Lond., sed casu accidit, ut in margine libri in quo hæc notaveram, nonnulla bibliopægæ cultro perierint, quamquam quæ desunt facile supplentur. Ita habent : δ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν ... ἐκ τῆς Κιλικίας ὑπάρχειν ἡμερῶν ἰθίαν ὄδον τὸς (fuerit δ αὐτὸς) ἱστορεῖ ... ὡν εἰς Σινῳ... τὴν προσωτέ ... λιν· κεκραμ ... ἀριστα τῆς ... ς σχεδὸν χῳ ... γένη τε κατ ... πεντεκαί ... ἡ χερσονήσος. Poeta igitur scripserit :

δ δ' Ἡρόδοτος (2, 34) ἔοικεν ἀγνοεῖν ἐμοί·

ἐκ τῆς Κιλικίας πένθ' ὑπάρχειν ἡμερῶν

ἰθίαν ὄδον ὄτως γὰρ ἱστορεῖ λέγων

εἰς [τὴν] Σινώπην τὴν προσωτέρω πόλιν.
 Κεκραμένη δ' ἄριστα τῆς πάσης σχεδὸν
 χώρας, γένη (τε) κατεῖχε πεντεκαίδεκα
 ἢ χερρόνησος.

20. Ἑλληνικὰ] Ἰωνικά. — 21. δὲ] om. — 23. πρὸς τούτοις εἰ μὴ Κἄρες Μαρνανδουνοὶ τε] πρὸς τοῖς ἀμάχαρες Μαρνανδουνοὶ τε. — στάδια μ', μιλ. ε', ε' ε'] στ. μ', μιλ. ε', γ', recte. — 32. στάδια ρ', μιλ. ις'] στ. ρ', μιλ. ιγ', γ', recte. — 33. Ἰρεως] Ἰριος, quod præstat. — Ib. Ἡράκλειον] Ἡράκλειαν. — 35. Λαμυρῶν δρ-
 μας] om. — 36. ὑδροστόλος] ἔδωρ στόλω, recte. — Ib. Ἡρακλείου] Ἡρακλείας.

P. 409, 1. ἔχουσαι] ἔχων recte; ἔχοντες Vat., ἔχουσαι Hudson. || — 2. διαρρεῖ δὲ Θερμώδων ποταμὸς.
 ** εἰς Βῆριν ποταμὸν στάδια ξ'.] διαρρεῖ δὲ ὁ Θ. ποταμὸς εἰς Βέρριν ποταμὸν. Ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος ποταμοῦ
 εἰς Βέρριν ποτ. στάδια ξ'. In Vaticano post v. Θ. ποταμὸς exciderunt verba: ἀπὸ δὲ τοῦ Θερμώδοντος πο-
 ταμοῦ. Locum sic correctum quidam ad marginem scripserat, eumque scriba codicis Lond. in
 verborum contextum recepit, non deleta vitiosa scriptura codicis Vaticani. Similiter egit p. 407,
 23. — 5. Θόαριον] Θόαριν et deinde Θόαριος, recte. — 6. Οἴνιον] Οἴνιον τοῦ Πόντου. — 7. ἔφορμος] ἔφορμος,
 recte. — 8. Φυγαμοῦντα] Φιγ., recte. — 9. στάδια μ', μιλ. ε', ε' ε'] στ. μ', μιλ. ε', γ', recte. Error in
 Vaticano sæpius occurrens e confusis signis γ' (1/3) et γ° (2/3) repetendus esse videtur. — 10.
 Ἀμυλητὸν] Ἀμυλιτὸν et mox Ἀμυλίτου. Locus aliunde non notus, nisi *Camile* Tabulæ Peut. ad eum
 referenda est. — 11. Φαδισσάνην .. Φαδισάνης] Φιδασάνην .. Φαδίσσης. — 12. στάδια ρλ', μιλ. ιζ', ε' ε']
 στ. ρλ', μιλ. ιζ', γ', recte. — 13. Πολεμώνιον λέγω] Π. λεγόμενον, quod præstat. — 14. στάδ. ν', μιλ. ε']
 σταδ. ι', μιλ. α', γ', recte; nam sic Arrianus. — 15. ἕως πλησίον] ἕως πλαγίων, ut Vat. — 16. πρώτων]
 πρώτων, quod malim. — 18. σταδ. ρλ', μιλ. ιζ', ε' γ'] στ. ρλ' μιλ. ιζ' γ', recte. — 20. Κιλίκιον] Κιλίκου,
 sed lin. 19. Κιλίκιον, ut Vat. — Ib. Γένητον] γένητον et lin. 21 γενίπου. In Vat. γένηπον. — 21. στ.
 νε', μιλ. ζ', ε' ε'] στ. νε', μιλ. ζ', γ', recte. — 22. χωρίον] χώραν. — 23. σταδ. κ', μιλ. β', ε, ε'] om. —
 24. Βοῶνος] Βοῶνου. — 25. Κοτύωρον] Κότυρον .. Κοτύρου, sed lin. 28 et 32 Κοτύρου. — 25. ὡς πό-
 λεως Ξενοφῶν] ὁ Πυλάδης Ξενοφῶν. Fortasse genuina hæc scriptura est, adeo ut Arrianus, Ξενοφῶν
 ὁ νέος, Xenophontem Pyladem suum dixerit. — 29. Τιβαρηνοί] Τιβαριανοί. — Ib. πάνυ γελᾶν σπεύ-
 δοντες] παῖζειν γελᾶν σπεύδοντες, recte, opinor, collato Ephoro, quem vide in not. ad *Periegesin*
iamb. in G. Min. 1, p. 335, vs. 916. — 30. ταύτην] αὐτὴν. — 32 et 34. Κοτύωρου] Κοτύρου. —
 33. Μελάνθιον] Μελάνθην. — 34. παραπλέοντι τὸν κόλπον] περιπλ. τ. κ. — 36. Τραπεζοῦσιον] Τραπε-
 ζουντίων, quod præstat. — 37. εἰς Φαρμαντὸν ποταμὸν στάδια ρν'] εἰς Φαρμαντὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον
 Φαρμαντίων (Φαρμαντηνὸν Arrian.) στάδ. ρν'.

P. 410, 1. Φαρμαντοῦ] Φαρμαντίου. — 2. ἦτοι] om. — Ib. τὴν λεγομένην Φαρνακίαν] τὸ λεγόμενον
 Φαρνάκιον. — 4. καὶ αὕτη ἀποικὸς κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν καθ' ἣν etc.] καὶ αὕτη ἄπ. κτ. καὶ αὕτη καθὼς
 ἔρημος; ἥς ἀντικρυς παροικεῖ. — 6. Ἄρεως] Ἄρεος. — 8. Κοτύωρου] Κοτύρου. — Ib. πρώτων] πρώην. —
 9. ἔθεσιν ὡμοῖς ἔργοις βαρβαρικοῖς (cod. Vat.)] ἔθεσιν ὡμοῖς ἔργοις βαρβαρώτατοι. Ex his vocem βαρβ. de
 conjectura jam dederat Letronnius, qui in *perieg. iamb. scripsit: ἔθεσι, νόμοις, ἔργοις [τε] βαρβαρώ-
 τατοι. Malim: ὡμοῖς ἔθεσιν ἔργοις τε β.* — 12. [ἐν] πύργῳ [τε] συγκακλισμένον] ἐν π. συγχ. — 15. πάντα]
 πάντας. — παραβαίη] παραβαίη. — 18. Ἀρητιάδα (Ἀρτιάδα Vat.)] Ἀρσιτιάδα et similiter lin. 20 et 38,
 ubi Vatic. quoque Ἀρσιτιάδος habet. — 20. Ἄρεως... Ἀρειώνησος] ἀρδοῦς (ut Vat.) ... ἀρειώνησος. —
 24. Ἀργυρά] Ἀργύρια, recte, ut Arrian. — 26. Φιλοκάλειαν] Φιλοκαλίαν ... Φιλοκαλίαν. — 33. εἰς
 Ἐρμούσην καὶ δεῦρο δρμος] στάδια μ'. μιλια ε', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἐρμούσης] εἰς Ἐρμώνασαν χωρίον, ἐν ᾧ καὶ δρ-
 μος, στάδια μ', μιλια ζ'. Ἀπὸ δὲ Ἐρμώνασσης etc. In quibus recte habent Ἐρμώνασσα nomen et
 numerus stadiorum, quem eundem legimus in Arriano. Millium numerus esse debet ζ', ε' ε'. —
 35. Δαφνοῦς] Δάφνας. — 38. τῆς Ἀρητιάδος etc.] τῆς Ἀρσιτιάδος νήσου ἦτοι καὶ πάλαι Κερασούντος πρώην
 ᾤκουν.

P. 411, 2. Σουσαρμα ... Σουσαρμίων] Σουσαρμεναν ... Σουσαρμένης, quod præstat. Σουσοῦρμαιναν
 (hod. *Sourmeneh*) hocum dicit Procopius B. Goth. p. 463, 21. V. not. ad Arrian. p. 371. — 6. Θιαν-
 νικῆς] Θιαντικῆς, ut Vat. — Ib. Ἀπὸ οὗν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἔστιν] In his lacuna
 patet, ut liquet ex cod. Lond., ubi: Ἀπὸ οὗν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ ἕως Τραπεζοῦντίων πρώην ᾤκουν ἔθνος

Βέχειρες λεγόμενον, νῦν δὲ οἰκοῦσι Κόλχοι. Μέχρι οὖν τοῦ Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστίν. 10. Ψυχροῦ] τοῦ Ψ. — 11. εἰς Καλὸν ποταμὸν, τὸν νῦν λεγομένην Καλὴν παρεμβολήν] Ibi Καλὴ παρεμβολή in cod. Lond. Fuerit : ἐν τούτῳ ἢ νῦν λεγομένην Καλὴν παρεμβολή. — 12. Καλῆς] τῆς Κ. — Ib. εἰς τὸν Ῥίξιον λεγόμενον ποτε (em. ποταμὸν) καὶ λιμένα] εἰς τὸ Θρίζιον ἦτοι Ῥίξιον καλούμενον ὁπότε καὶ λιμένα. Lege καλ. ποταμὸν aut καλ. ποτε ποταμὸν. — 14. Ῥιζίου] Ῥιζίου. — 15. Ἀδινῶν ἢ δὴ] Ἀδινῶν ἦτοι. — 18. Ἀδινῶν] Ἀδινῶν. — 18. εἰς Κόρδουλα χωρίον] εἰς Κορδύλην χωρίον κείμενον. — 21. χωρίον.. λεγόμενον] χώρα.. λεγομένη. — 23. τούτου τοῦ χωρίου] τούτῳ τῷ χωρίῳ. — 26. σώζοιτο etc.] σώζοιντο δ' ἂν τοῦ βορρᾶ δρομούντα πλοῖα. — 30. Ἀπὸ δὲ Ἀθηνῶν εἰς Ζάγατιν ποταμὸν στάδια ζ'. Ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Πρύτανην] Ἀπὸ δὲ Ἀ. εἰς Ζαγγάλην ποτ. στάδια ζ', ε', μιλ. α'. Ἀπο δὲ Ζαγγάλου ποτάμου ἦτοι Ἀθηνῶν εἰς Πυρτάνην. — 32. βασιλεία ἐστίν. Ἀπὸ δὲ Πρυτάνου] omissa. — 34. Ἀρμίνου] Ἀρμίνης.

P. 412, 2. περιοίκων] περιοικούντων. — 6. τῶν ταύρων] Hæc verba, in Vat. omissa, habet codex Lond. — Ib. δς .. διώκων .. φημίζεται] δν .. διώκοντα .. φημίζονται. — 9. εἰς Ὀφιοῦντα] ἕως Ὀφιοῦντος. — 10. πρώτων] πρώην.

II. Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ. Geogr. Min. 2, p. 494-509.

In corruptelis longe plurimis codex Lond. cum ceteris codd. conspirat. Pauca quædam propria habet : pag. 495, 1. τοῦτον δὲ*] τοῦτον δὲ ποιεῖ recte. — 496, 18. δριζομένη τῷ Ἰστρῳ] δρ. καὶ αὐτῇ τῷ Ἰ. recte. — 498, 11 et 499, 18 et 15 ἢ articulus, quem supplevi, non omittitur. — 498, 22. πολλῇ] πόλις, ut cod. E, πολλὸν cett. codd. — 501, 31 καὶ τὸν Ἄθω] Ibi Ἄθως ὄρος manus recens in margine scripsit. — 506, 25 sq. χξζ' et deinde χιλιοι στάδιοι, μιλια δὲ ρλγ', in L omissa.

III. Ἀγαθὴ μέρου γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Geogr. Min. 2, p. 471-487.

P. 471, 1. ἐτόλμησε] ἀπέτολμησε, recte, ut videtur. — 5. Λέσβιο:] ὁ Α., ut cod. G. — 6. πλείστα] a Gronovio additum, habet L. — 483, 7. Θένης] Sic de conjectura scripsi pro Θρήνης, Ἐθρήνης meorum codicum. Legendum e cod. Lond. Θεήνης. Apud Ptolemæum oppidum vocatur Θεαῖναι, apud alios Θένη vel Θαίνη.

DE FRAGMENTO ARISTODEMI.

Fragmentum historicum de rebus Græcorum ex opere Aristodemi cujusdam avulsum esse præmissæ inscriptionis fide a viris doctis censetur. Haud caret ea sententia specie probabilitatis, licet dubitationi sit obnoxia. Quinam vero fuerit Aristodemus ille, si modo fuerit, certius dici nequit. Inter scriptores ejus nominis, quorum notitia ad nos pervenit, antiquissimus esse videtur Aristodemus, cujus Γέλοια ὑπομνήματα ab Athenæo passim laudantur. Hunc enim sub primis Ptolemæis vixisse. ex temporibus personarum, de quibus in fragmentis sermo est, collegeris. (*) Sequitur Aristodemus grammaticus, Aristarchi discipulus (schol. Pind. Nem. 7. 2), qui Alexandrinus vocatur in schol. Pind. Isthm. 1, 11. Idem haud dubie ceteris quoque scholiorum Pindaricorum locis, quibus Aristodemi mentio fit, intelligendus est. Itaque quum quæ in schol. ad Olymp. 3, 22 traduntur, eadem apud Harpocracionem v. Ἐλληνοδῖται ex Aristodemo *Eleo* afferantur, quem civitavit etiam Eusebius in Chronicis p. 141 ed. Mai, Alexandrinum illum ex Elide oriundum fuisse jure censeas (**). Alius Aristarchi discipulus fuit Menecrates Nysænsis. Hujus vero filii fuerunt Socratus et Aristodemus ille rhetor et grammaticus, quem valde senem juvenis admodum Strabo Nysæe audivit, et quem deinde in Rhodo, postea vero Romæ scholas habuisse, ibique filios Pompeji docuisse ex Strabone (p. 650) novimus. Idem refert hujus Aristodemi ἀνεψιὸν fuisse alterum.

(*) Cf. Fragm. hist. tom. 3, p. 307, ubi vide etiam de aliis Aristodemis.

(**) In *Pauli's Realencyclopædie* tom. 1, p. 1607 ed. sec. hic Aristodemus Aristarchi discipulus absque causa componitur cum Aristodemo Nysænsi. Ibidem Aristodemus Eleus fortasse non diversus esse dicitur ab eo, quem laudat Tertullianus De an. c. 46. At qui ibi introducitur Aristodemus non est scriptor, sed vates ille et somniorum interpres qui apud Plutarch. Alex. c. 40 Aristander vocatur.

Aristodemum Nysaensem grammaticum, quo ipse Pompejus Magnus præceptore usus sit. Alteruter eorum est Aristodemus Nysaensis quem in Eroticis suis (c. 8) laudat Augusti coævus Parthenius. Deinde nominandi sunt: Aristodemus Thebanus, *Θηβαϊκῶν* auctor, e scholiastis Apollonii, Theocriti, Euripidis et Homeri bene notus, Aristodemus *Συναγωγῆς μυθικῆς* scriptor, si fides habenda Pseudoplutarcho in Parall. min. c. 3, et Aristodemus qui *περὶ εὐρημάτων* scripsit, teste Clemente Alex. Strom. 1, p. 133. Ceterum hæc opera utrum recte an secus inter tres Aristodemos disper-tiamur, in medio relinquendum est. Haud magis constat quando vixerint auctores, attamen seculo post Christum secundo eos non fuisse posteriores ex ætate eorum, a quibus citantur, intelligitur. Ineunte seculo tertio floruit Aristodemus e Caria oriundus, pictor et operis de pictoribus pictorumque fautoribus auctor, cujus hospitio per quadriennium usus est Flavius Philostratus (*). Medio seculo quarto assignaverim Aristodemum, cujus Suidas meminit verbis: Ἀριστόδημος ἐπιτομὴν τῆς καθόλου Ἡρωδιανοῦ ἔγραψε πρὸς Δαναόν. Etenim, nisi conjectura fallit, Aristodemus ille et Danaus haud diversi fuerint ab iis quos Libanii temporibus in Syria scholas habuisse probabile est (**).

Ex his Aristodemis cum historico nostro componendus videri possit Aristodemus Nysaensis, quippe qui historias scripsisse perhibetur apud Parthenium in Erotic. c. 8, ubi proluxæ narrationi de Herippa Milesia, quam Gallus quidam captivam abduxerat, lemma præfigitur:

Ἱστορεῖ Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, πλὴν ὅτι τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει, ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Εὐθυμίαν (***), τὸν δὲ βάρβαρον Καυάραν.

Hæc tamen sic vix sunt integra. Nam nominibus personarum in opere isto historico traditis Parthenium mero suo arbitrio alia substituisse haud credideris, sed consentaneum est ea ex alio fonte depromi, cujus mentio nunc desideratur. Idque tanto facilius concesseris, quum aliis locis quam plurimis (v. narrat. 1. 4. 6. 9. 11. 13. 14. 15. 22. 28. 33) duo simul singularum narrationum auctores a Parthenio laudentur. Aut igitur scriptum erat: Ἱστορεῖ [ὁ δεῖνα (an. Ἀριστόκριτος?) γράφει δὲ καὶ] Ἀριστόδημος etc., aut: Ἱστορεῖ Ἀριστόδημος, [γράφει δὲ καὶ ὁ δεῖνα] ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, adeo ut non liqueat utrum Aristodemi historię an alius scriptoris fuerint. Alter ille fortassis Hegesippus vel Aristocritus fuit, quos de rebus Milesiis scripsisse ex ipso Parthenio novimus. Deinde vero quum ex verbis τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει colligatur non modo Milesiæ mulieris sed etiam Galli barbari nomina diversa tradita esse, lemma refingendum esse censeo in hanc sententiam: ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Εὐθυμίαν, τὸν δὲ βάρβαρον [οὐ] Καυάραν [λέγων, ἀλλὰ...]. Ut nunc quidem narrationis verba habent, Galli nomen omnino nullum legitur, at illo loco, ubi mentionem ejus exspectamus, Cauaræ nomen omitti propter proximarum literarum similitudinem facile potuit; scilicet in verbis: ἐνθα αὐτοῦ συνῆν ἡ γυνὴ ἀνδρὶ τῶν μάλιστα παρὰ Κελτοῖς δοξαζομένων scribendum fuerit γυνὴ [Καυάρη] ἀνδρὶ. Ceterum narrat Parthenius Xanthum Milesium, ut Herippam uxorem a Gallis Ioniam vastantibus (****) captivam abductam redimeret, corrassa pecunia in Celticam

(*) Flav. Philostratus De imag. in proœmio p. 339 ed. Didot: Ὅσοι μὲν οὖν κράτος ἤρανο τῆς ἐπιστήμης (sc. τῆς ζωγραφικῆς) καὶ ὅσοι ποίεις καὶ ὅσοι βασιλεῖς ἔρωτι ἐς αὐτὴν ἐχρήσαντο, ἄλλοι: τ' εἰρηταὶ καὶ Ἀριστοδήμῳ τῷ ἐκ Καρίας, ὃν ἐγὼ ἐπὶ ζωγραφίᾳ ξένον ἐποιήσαμην ἐτῶν τεσσαράων· ἔγραψε δὲ κατὰ τὴν Εὐμήλου σοφίαν πολὺ τὸ ἐπιγράμμι ἐς αὐτὴν φέρον. — Statuarii cujusdam Aristodemi meminit Plinius 34, §. 86 ed. Sillig. Alii quibus Aristodemi nomen fuisse constat, recensentur in Pauly's *Realencycl.* s. h. v. et in Papii et Benseleri Lexico nominum propriorum.

(**) Libanius epist. 888, ad Heraclianum præfectum p. 415 ed. Wolf: Οὗτός ἐστι Διφίλος ὁ Δαναοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ποιῶν, διδάσκων, ὡς ἐκεῖνος. Καὶ ἦν μὲν μοι βελτίω τοῦ πατρὸς εἰπεῖν, ἀρκεῖ δὲ μὴ χεῖρω. Τοὺς παλαιούς δὲ ποιητὰς εἰς τὰς τῶν νέων φυγὰς εἰσάγων καὶ αὐτός ἐστι ποιητῆς ἀγαθός... Τιμησίαις δὲ Διφίλον οὐκ ἀμισθί, μέλλων γε αὐτὸν ξεῖν φέροντα τὴν σὴν ἀρχὴν... Ἴσθι δὲ ἐν τοῖς περὶ τούτων Παλαιστίνην εὐφρανῶν, ἐν ᾗ ποιεῖται τὰς συνοουσίας, κάκεινους οἱ, ἐφέστηκας, ἐν οἷς ἔπυ· οὐς εἰ τις ἔροίτο τίνι μαγίστῳ φιλοτιμούντῃ, Δαναὸν ἐροῦσι καὶ Δίφιλόν. Idem epist. 1268, ad Alcinum, p. 596: Μόλις καθὼν τὴν ἡμετέραν πόλιν (Antiochiam) Μητέριος διέδω· πολλοὺς γὰρ ἔχων τοὺς ἐρώντας, ὑπὲρ τοῦ Ἀριστοδήμου (τὸν Ἀριστόδημον edit.) ἔτηρειτο· ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῶν βουλομένων αὐτὸν ἐνθάδε εἶναι· καὶ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἦν ἐνθάδε... πᾶν γὰρ ἀχθοίμι εἰ τὰ ἄλλα ὦν Μητέριος ἀμειπτος, πονηρὸς εἶναι δόξει, διότι Σύρους θαυμασὰς ταῦτόν ἔσχε παρ' ἐκείνων. — Danaï nomen rarissimum est. Quare in Suidæ loco pro Δαναόν (Δαναόν cod. E) fortassis Διογενειανόν legendum esse Bernhardy suscipabatur. In Benseleri lexico nom. propr. Danaus quidam Ephesius excutatur ex Mionneti *Descr. des med.* VI, 116.

(***) Pro Γυθυμίαν, quod codices et editiones præbent, legendum esse Εὐθυμίαν recte censet Dindorfus in *Thes. gr.* s. v., ubi adde aliam Εὐθυμίαν Milesiam occurrere in Corp. Inscr. N. 708.

(****) Invasionem hanc commemorat Pausanias 10, 32, 4. Ioniam et Æolidem a Gallis Tolistoboiis occupatam esse

profectum ibique a Gallo Herippæ domino sueta hospitalitate exceptum esse; uxorem vero perfida delatione dominum adducere studuisse ut maritum occideret nec ipsam dimitteret; at tantum abfuisse ut ille facinorosæ mulieri obtemperaret, ut supplicio justam ei sceleris pœnam infligeret. Cujusnam generis fuerit opus historiarum in quo illa legebantur, ex unico hoc specimine colligi nequit. Quodsi sumamus hæc petita esse e libro primo operis historici, quale Aristodemus noster scripsisse videtur, opinari sane possis auctorem (sicuti Diodorum libro quinto) Ephori exemplum secutum, libris historicis præmississe geographica et ethnographica quædam, in iisque quum de populorum moribus et institutis sermo fieret, etiam illud de Cauara Gallo narratum esse, quippe quo probaretur Gallos τοῖς ἤθεσι ἀπλοῦς εἶναι καὶ πολὺ χειροισμένους τῆς τῶν νῦν ἀνθρώπων πονηρίας ut inter alia de Gallis verba faciens Diodorus (5, 22, 5) tradit. Et si quis objiciat tantam narrationis prolixitatem haud cadere in historiam compendiarium, respondere licet eam obtinere in superstitie fragmento inæquabilitatem ut res gravissimæ aut levi brachio tangantur aut silentio premantur, multis autem verbis exponatur narratiuncula de Cleonice puella, quam Pausanias in cubiculo interfecerit. Verumtamen quominus ejusmodi suspicionibus locum demus, eo impedimur quod fragmentum Aristodemi, nulla virtute sed vitiis plurimis conspicuum, indole sua et colore auctorem prodit rerum historicarum adeo rudem, ut in eo Pompeji æqualem et ipsius Pompeji vel liberorum ejus magistrum nemo agnoverit nisi certissimis coactus argumentis. Quatenus igitur isæquioris ævi hominem et ad scribendas historias non satis instructum res ipsa postulare videtur, probabilius aliquis conjecerit auctorem fragmenti, qui in codice Parisino cum Flavio Philostrato componitur, fortassis esse Aristodemum ejusdem Philostrati familiarem, qui de pictoribus scripsisse traditur, scribere vero etiam historiæ compendium potuerit, quemadmodum Durim Samium et Jubam regem tum περὶ ζωγράφων libros composuisse tum historias condidisse constat. Ego vero ad hoc potius attendi velim quod Suidas, quamvis eum Aristodemi epitome historica usum esse e compluribus locis colligas, nullam tamen s. v. Ἀριστόδημος ejus historici notitiam exhibuit. Id quum jure mireris, quæritur an epitome illa, quam Suidianus Aristodemus scripsisse dicitur, non fuerit τῆς καθόλου Ἡρωδιανοῦ, sed τῆς καθόλου ἱστορίας. De Aristodemi Epitome τῆς καθόλου seu καθολικῆς προσωδίας Ἡρωδιανοῦ aliunde non constat. Quæ exstat ejus operis epitome (ed. M. Schmidt. Jenæ 1860), in optimo codice Theodosio grammatico, vulgo autem Arcadio attribuitur. Quodsi Ἡρωδιανοῦ nomen, quo notissimum grammatici opus introducitur, non a Suida sed a sciolo quodam profectum esse concesseris, Aristodemi epitome τῆς καθόλου sive τῆς καθολικῆς ἱστορίας eodem modo dicitur quo Nicolai Damasceni et Diodori Siculi opera tanquam ἱστορίαι καθολικαὶ commemorantur. Sin ulterius progredi conjectando velis, glossam Suidæ fortasse notissimo lacunarum genere mutilam esse et hunc in modum refingendam dixeris: Ἀριστόδημος ἐπιτομὴν τῆς καθόλου [ἱστορίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καθόλου] Ἡρακλειδῶν, ἔγραψε πρὸς Δαναόν, ad exemplum scilicet Ephori, qui, ὁ πρῶτος ἐπιβεβλημένος τὰ καθόλου γράφειν (Polyb. 6, 5, 33), a reditu Heraclidarum historiæ suæ sumpsit initium (Diod. 16, 76. 4, 1).

Igitur, ut paucis rem comprehendam, in hac de persona et ætate Aristodemi disquisitione quum disertorum testimoniorum præsidio destituamur et in conjecturarum probabilitate omnia reposita sint, tenuiora quædam indicia rimans in eam sententiam adduci possis, ut Aristodemum suspiceris Libanii cœtaneum medio seculo quarto Antiochiæ scholas habuisse ibique in usum discipulorum historiæ compendium Danao Palæstino dedicatum elaborasse, quemadmodum in eadem Syria ineunte seculo sexto ἐπιτομὴν ἱστορικὴν aut novem aut viginti libris conscripsit Eustathius

tradit Livius. Tempus invasionis accuratius constitui nequit. Vid. Droysen. *Hellenism.* tom. 2, p. 277. Cum narratione de Herippæ scelere componenda est historia de tribus vel septem virginibus Milesiis, quæ in eadem, ut videtur, Gallorum invasione virtute sua inclaruerunt, quarumque laudes cecinit Anyte Mytilenæa in Anthol. VII, 492, epigrammate εἰς τὰς τρεῖς παρθένους τὰς Μιλησῆας ὑπὸ τῶν Γαλατῶν βιασθείσας. Cf. Hieronymus Adv. Jovian. 1, p. 186: *Quis valeat silentio præterire septem Milesias virgines quæ Gallorum impetu omnia vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt.* Utraque narratio junctim narrari potest in exemplis quibus illustrarentur scripta περὶ κακῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν, de quibus v. c. Philodemus Ciceronis æqualis quædam composuit.

Epiphaniensis (Fr. hist. 4, p. 138), cujus vestigia seculo septimo legit Joannes Antiochenus. Historiarum compendium a magistro quodam in usum scholarum editum in Aristodemi opere agnoscit etiam Arnoldus Schæfer in *Neue Jahrbücher für Philologie*, 1868, p. 81, ejusque auctorem quinto fere seculo scripsisse videri ex interiore fragmenti superstis ratione collegit Bücheler l. l. p. 93.

Restat ut de ipso videamus fragmento. De ambitu et divisione operis integri nihil inde liquet, nisi unum librorum orsum esse a rebus post bella Medica gestis. Narratorum pars major ex auctore Philippi Amyntæ f. coævo derivanda videtur, nonnulla e Thucydide assumpta, pauca quædam aliis ex fontibus immixta. Ratio autem qua diversa hæc conglutinantur, interdum perinepta est et compilatorem arguit qui quadrata junxit rotundis. Sic quæ de terminis, quos transgredi Persis non liceret, apud varios scriptores varia legebantur, in unum conjunxit (c. 13, 2 p. 16), quamvis ea invicem se excluderent. Eidem rerum geographicarum ignorantia attribuiamus, quod de Parnethe monte Xerxes pugnam Salaminiam spectasse dicitur (c. 1, 2). Idem Aristodemus (c. 6, 4) de Athenis post prælium Plataense Themistoclis consilio munitis ita loquitur, ut tum temporis non modo murum urbanum, sed longos quoque muros et Phalericum structos esse censendum foret. Aperte totum hoc segmen quod est de Athenarum munimentis, aliunde arreptum interposuit nec sensit rei ineptiam. Præterea in rerum delectu et justa narrationis ponderatione haud recto judicio usus est, ex sequioris ævi ingenio narratiunculis quam jejuna historia gravitati addictior. Res post prælium Plataense usque ad semina belli Peloponnesiaci gestæ (c. 11-15) narrantur versibus 240 ed. nostr.; eorumque pars tertia et amplius (c. 8-10) historioli de Pausania et Themistocle absumitur, adeo ut reliqua τῆς πανταχοῦταρίας historia versibus 150 absolvatur ac res gravissimæ aut tribus verbis indicentur aut ne commemorentur quidem. Sic quæ in Thracia Athenienses gesserint et Thasi obsidio diuturna et bellum Messeniæ alto premuntur silentio. Quæ omissiones excusari nequeunt, nisi statuas narrationem Aristodemi non modo scribarum negligentia lacunis nonnullis laceram (ut c. 3, 2. 14, 2), sed etiam de industria breviam esse, quemadmodum breviatus habemus Dionem et Maelam. Ac sane fieri potuit ut quæ ad Thasi et Methones obsidiones pertinerent, de consilio omitterentur, utpote de quibus in obsidionum syntagmate ex Aristodemo aut alio scriptore sermo institueretur. Ceterum novi nihil in fragmento nostro affertur præter nomen patris Cleonicæ (c. 8, 1) et commentum de disco cui nomina civitatum belli contra Persas gesti participum inscripta esse perhibentur (c. 9). Quæ præterea propria fragmentum habet vel habere videri possit, omnia in erroribus versantur. Nonnulla, quæ modo tetigi, stupori compilatoris debentur, plurima vero sic jam tradita accepisse Noster videtur. Ejusmodi sunt quæ de ponte leguntur (c. 1, 2) quo Salaminem continenti jungere ante pugnam rex Persarum voluisset; similia enim jam Ctesias tradiderat. Quod de Tolmide per mediterranea Peloponnesi exercitum ducente Aristodemus hariolatur (c. 15), jam jecerat Æschines (De f. leg. § 75). De ambitu muri urbani Athenarum (c. 5, 4) eodem modo jam statuerat auctor Diodori 13, 72 (*). Cimonis quidem contra Themistoclem expeditionem (c. 11) ex antiquiore scriptore non novimus, haud tamen propterea commentum istud ab ipso Aristodemo profectum esse censeo. Ansam figmento dedit error chronologicus, quo Cimonis expeditio et mors Themistoclis eidem anno assignabantur. Gemellæ vero temporum confusiones in fragmento adeo regnant, ut ex his potissimum Aristodemi narratio suum traxerit colorem. Sic Themistocles tesserarum judicio ejectus esse dicitur antequam commune Græcorum ærarium e Delo Athenas translatum esset; Tolmidis autem expeditio Peloponnesiaca narratur post pugnam ad Coroneam commissam, qua cecidisse Tolmidem constat; denique Samus eodem anno expugnata esse fertur, quo solverentur fœdera tricennialia. His et similibus sphalmatis verus rerum ordo et nexus per totum fragmentum mirum quantum turbantur, nec ullum ego novi auctorem qui in paucis pagellis tot errores coacervaverit,

(*) Narrationem Diodori l. l. de Agidis expeditione in majorem Atheniensium gloriam effectam esse ex iis quæ ap. Xenoph. Hell. 1, 1, 93 leguntur, recte, puto, censet C. A. Volquardson *Untersuchungen über die Quellen der gr. u. sicil. Geschichten bei Diodor. Buch. 11-16* (Kiel. p. 1868), p. 130.

et luculentioribus exemplis doceat quousque genuina historiae traditio adulterari potuerit (*). Attamen si quid utilitatis ex Aristodemo in studia historica redundat, id in ipsa illa temporum confusione quaesiverim. Nam quum idem prorsus genus errorum chronologicorum in antiquiori Graecorum historia apud ceteros quoque scriptores, qui e variis fontibus sua congesserunt, frequens admodum sit, ad communem eorum originem indagandam fragmento nostro egregie adjuvamus. Quapropter de his infra dicemus accuratius.

Quod fontes Aristodemi attinet, fundus narrationis nescio quibus rivulis derivandus videtur ex opere cujus auctor Philippi aevi historias scripsit fuco oratorio tinctas ac nimio Atheniensium studio passim corruptas. Philippi coetaneum locus prodit (c. 2, 2), quo Alexander rex tanquam πρόγονος Philippi introducitur. Atheniensium fautor narrat in pugna Salaminia Athenienses τὸς ἀριστεύσαντας fuisse (c. 2, 4), nec non ad Tanagram item Athenienses victores abiisse (c. 12, 1), porro Alexandrum, Mardonii legatum, contumeliis affectum ab Atheniensibus amandatum esse (c. 2, 2). Eidem vaniloquentiae debentur quae de pace Calliae leguntur in majorem Atheniensium gloriam ementita (c. 13, 2). Orator buccas inflans Xerxem in Psyttaleam insululam trajecisse dicit ἱκανὰς μυριάδας (400 erant milites), quas Aristides ibi confecerit (c. 2, 4), Persas vero per Macedoniam redeuntes inter neciva strage deletos esse (c. 3, 1).

Alterum fontem, quo Aristodemus vel potius auctor, quem ille ob oculos habebat, usus est, Thucydidem fuisse patet. Ex eo ducta sunt cap. 11, 4 de bello Aegypto et cap. 5 de Athenis Themistoclis consilio munitis et quae cap. 16-19 afferuntur de causis belli Peloponnesiaci. Ἡρξάντο δὲ αὐτοῦ (τοῦ πολέμου), Thucydides, 1, 23, 4 ait, Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι, λύσαντες τὰς τριακοντούτεϊς σπονδάς... Τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερόν λεγόμεναι αἰτίαι αἰδ' ἦσαν ἑκατέρων, ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδάς ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν. Narrat deinceps causas belli e rebus Epidamni et Potidæe repetendas. Similiter Aristodemus primam belli causam ex rupto foedere tricennali deducit; nam hoc narrato pergit (c. 16): αἰτίαι δὲ καὶ πλείονες φέρονται περὶ τοῦ πολέμου. In sequentibus postquam de Epidamno et de Potidæa dixerat, ultimo loco eam subjungit belli causam quam et ipse, sicut Thucydides, τὴν ἀληθεστάτην vocat. Simul vero his præmisit λαοδογματικὴν istam, cujus fingendæ occasionem dederunt vox Alcibiadis et quæ de Phidia et Pericle Aristophanes per ludum jocumque jecerat. Hanc solam tanquam belli originem Diodorus (12, 39) narrat, laudato Ephoro. Aristodemus eam ex ejusdem farinae historico adscivit, haud vero ex eodem Ephoro. Nam in Aristodemo (16, 4) Alcibiades Pericli adstat σκεπτομένῳ περὶ τῆς ἀποδόσεως ὑπὲρ τῆς ἐργετιστασίας, de qua auctor dixerat c. 16, 1; secundum Ephorum vero (ap. Diod. 12, 38, 2) Pericles de reddendis rationibus sollicitus erat propterea quod partem pecuniarum, quæ ex communi Graecorum contributione coactæ erant, in privatos usus expenderat. Præterea versibus Aristophaneis alia recensio apud Diodorum, alia apud Aristodemum subest. Denique satis jam constat (**). Diodorum in historia bellorum Medicorum et τῆς πεντακονταετίας et belli Peloponnesiaci totum se Ephoro addixisse; dubitari igitur nequit, quin alium ducem secutus sit Aristodemus, quippe qui, quamvis passim cum Diodoro consentiat, in multis tamen et gravissimis rebus ab eo recedit. Porro si ea quæ de Tolmide falsa in nostro fragmento (c. 15) leguntur, sic jam dixerat Æschines in or. de f. leg. § 75 (343 a. C.), vix credideris

(*) Hæc Curtium Wachsmuthium, virum rerum historicarum peritissimum, induxerunt, ut in fragmento nostro agnoscere sibi videretur sætum Minoidæ Minæ, qui silvam historicam ex Herodoto, Thucydide, Demosthene, Æschine, Lycurga, Diodoro, Plutarcho, scholiis in Thucydidem, Aristophanem et Hermogenem et lexicographis collectam, suis ipsius commentis auctam et variegatam, lacunis, corruptelis, interpositis Philostrati locis turbatam, insigni artificio manusque dexteritate in codicem Parisinum intulisset (V. *Rhein. Museum für Philol.* 1868 p. 303 sqq., p. 582 sqq.). Probavit hoc Hieckio in *Zeitschrift für Gymnasialwesen.* 1868, p. 721 sqq. Ego quid de his sentiam, significavi in *Göttinger gel. Anzeigen* 1869, p. 29. Fateor mihi quoque, quum primum an. 1864 κόρυζαν istam ἱστορικὴν obiter movissem, eam vix dignam visam esse quæ in lucem protraheretur. Haud igitur miror simile quid accidisse Wachsmuthio, at mirarer virum doctissimum in ea opinione perseverantem.

(**) Vide diligentissimam disquisitionem Ch. Aug. Volquardseni l. l. p. 51 sqq.

Aristodemum sua petiisse ex ipso Æschine qui ἐν παρόδῳ hæc tribus verbis commemoravit, sed verisimilius est oratorem historica illa ex eodem fonte novisse ex quo in Aristodemum defluerunt. Quo concesso, hinc quoque sequeretur fontem hunc non fuisse Ephori historias, quæ usque ad an. 341 pertinebant necdum ad finem perductæ erant quo anno Alexander in Asiam trajecit (*).

Aristodemi opus inter compendia fuisse ex quibus recentioris ævi scholiastæ et lexicographi notitias historicas, non nominato auctore, delibaverint, ex Suida et scholiasta ad Hermogenem colligitur. Quorum hic locum satis amplum ex Nostro (c. 14-15) mutuatus est in schol. ad Hermog. Εὐρέσεις ap. Walz in rhet. gr. tom. 5, p. 388, ubi hæc (**):

Αἱ τριακοντούταις σπονδαὶ αὐταὶ. Μετὰ τὰ Μηδικὰ ἤδη Ξέρξου ἀποφθαρέντος, καὶ Ἀρταξέρξου ἐπιθέμενου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνικοῖς πράγμασι καὶ διαφόρως ἀποκρουσθέντος τῆς ἐλπίδος, εἶτα σπονδῶν Ἑλλησι γενομένων καὶ βαρβάρους, αἷς θρία ἐπεπήγεσαν Κυάνας πέτραι καὶ ποταμοὺς Νέσσοι καὶ Φάτης, πόλις Παμφυλίας, καὶ Χελιδοναί ἀκρωτήριον (cf. Arist. c. 13, 2), ἐγένετο Ἑλλησι διαφορά πρὸς ἀλλήλους ἐξ αἰτίας τοιαύτης·

« Λακεδαιμόνιοι ἀφελόμενοι Φωκίων τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν παρέδωσαν Λοκροῖς· εἶτα πάλιν Λοκροὺς ἀφελόμενοι (καὶ ἀφελόμενοι αὐτοὺς cod. Aristod. c. 14) παρέσχον Φωκεῦσιν ὑποστρεφόντων [δὲ] Ἀθηναίων ἀπὸ τῶν πρὸς Ἀρταξέρξην σπονδῶν (ἀπὸ τῆς μάχης Arist.), στρατηγούντος αὐτοῖς Τολμίδου, καὶ γενομένων κατὰ Κορώνειαν, ἐπιθέμενοι αὐτοῖς ἀφ' ὧν Βοιωτοὶ οὖσιν ἀπαρασκευοῖς ἐτρέψαντο αὐτοὺς καὶ τινὰς ἐξ αὐτῶν καὶ (voc. καὶ om. Ar.) ἐζώγησαν ὄσστινας, ἀπαιτούντων Ἀθηναίων, οὐ πρότερον ἀπέδωσαν ἢ τὴν Βοιωτίαν ἀπολαβεῖν. Καὶ μετὰ ταῦτα εὐθὺς Ἀθηναῖοι περιπλεύσαντες τὴν Πελοπόννησον Γύθιον (Θύγιον cod. Ar.) εἶλον, καὶ Τολμίδης χιλιούς ἔχων Ἀθηναίων ἐπιλέκτους διήλθε τὴν Πελοπόννησον. Καὶ πάλιν Ἐδδοῖαν ἀποστῆσαν εἶλον Ἀθηναῖοι. Καὶ ἐπὶ τούτοις (Ἐν δὲ τούτῳ cod. Ar.) Ἀθηναίους καὶ Πελοποννησίους σπονδαὶ τριακοντούταις ἐγένοντο, ἃς τεσσαρεσκαίδεκάτῳ ἔτει ἔλυσαν Ἀθηναῖοι, Σάμον πολιορκίᾳ ἐλόντες, Περικλέους καὶ Σοφοκλέους στρατηγούντων, καὶ ὁ Πελοποννησιακὸς πόλεμος ἤρξατο. »

Ultima in nostro Aristodemi codice aliter efformata ita habent :... ἐγένοντο· τῷ τεσσαρεσκαίδεκάτῳ δὲ ἔτει Ἀθηναῖοι Σάμον πολιορκήσαντες εἶλον στρατηγούντος (... οὐντων?) Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους (leg. Σοφοκλ.)· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει (οὕτω) λύνονται αἱ τῶν λ' ἐτῶν σπονδαί, καὶ ὁ Πελοπόννησος πόλεμος ἐνίσταται. Ceterum vides codicem, quo scholiasta usus est, nonnullis locis nostro Parisiensi integriorem fuisse, sed jam laborasse eadem lacuna quam noster habet ante verba ὑποστρεφόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων. Quod non perspiciens scholiasta putansque verba ista referenda esse ad ea quæ in mutilo codice nunc proxime antecedunt de pactis cum Artaxerxe initis, verba ἀπὸ τῆς μάχης mutavit in ἀπὸ τῶν σπονδῶν, ut bene monuit Bücheler in *Neue Jahrb.* l. l. Idem vir doctus probabiliter admodum censet ex eodem Aristodemo scholiastam mutuatum esse quæ antecedunt p. 387 de piaculo Cyloneo :

Τὸ Κυλώνειον ἄγος. Κύλων εἷς ἦν τῶν ἐνδόξων Ἀθηναίων, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης. Ἐπιθυμίας τυραννῆσαι τῶν Ἀθηναίων παρεγένετο ἐπὶ θεοῦ χρηστήριον καὶ ἐπηρώτα· τοῦ δὲ θεοῦ ἐπιχρήσαντος ἐν τῇ μεγάλῃ ἑορτῇ (ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ Thuc. 1, 126, 4) ἐπιθέσθαι τῇ τυραννίδι, ἀγομένων τῶν Ὀλυμπίων, δόξας ταύτην εἶναι τὴν μεγάλην ἑορτὴν, ἐπέθετο καὶ κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν τῶν Ἀθηναίων. Περικλῆς [δὲ] (Μεγακλῆς sec. Plut. Sol. 12) ἔχων σὺν ἑαυτῷ τοὺς συμπράττοντας ἐπανάστη· ὁ δὲ Κύλων δει-

(*) Hoc liquet e Clement. Strom. I, p. 403. V. Fr. Hist. I, p. LIX. Ephori librum vicesimum, quo narrabantur quæ libro XV Diodorus habet, anno 336 scriptum esse, ex Diodoro (15, 60, 4) colligo. Scilicet Cleomenem II. regem Lacedæmoniorum, regnasse constat an. 370-309 a. C., ut recte etiam Diodorus statuit 20, 29, ubi : ἐπ' ἀρχοντος Δημητρίου (309) Κλειομένης ἐταλευτήσεν ἀρτίας ἐτη ἕ' καὶ μῆνας δέκα. Contra vero lib. 15, 60, 4, Ol. 102, 3, 370 a. C. Diodorus narrat miro casu accidisse ut eodem hoc anno tres principes diem obissent, Amyntas Macedo, Jason Pheræus tyrannus et Agesipolis rex Lacedæmoniorum, cujus frater et successor Cleomenes II ἐβασίλευσεν ἐτη τριάκοντα καὶ εἴκοσι (370-337). Mira discrepantia ex eo explicanda esse mihi videtur quod hæc ex Ephoro (cujus expressa mentio in hoc capite, § 5, injicitur) negligenter excerpta sunt. Nimirum Ephorus, qui historias suas non nisi ad an. 341 deduxit, de toto Cleomenis regno monere non potuit, sed eam ejus partem commemoravit quæ usque ad annum quo ista scripsit, pertinebat. Igitur libro XX res anni 370 scripsit anno 336 (370-34). Res inter Medicum et bellum Pelop. interjectas narravit libro XIII.

(**) Scholion mihi annotationem in fr. Arist. scribenti non innotuit; acceptum refero Büchelero, qui de his dixit in *Neue Jahrb. f. Philol.* 1868, p. 170, quo tempore nostra dudum typis expressa erant.

σας τὸν Περικλέα συνέθετο, ὅπως ὑπόσπονδος σὺν ἀδείᾳ κατέλθοι. Καὶ γενομένων τῶν σπονδῶν κατῆει ἐκδησάμενος ἀπὸ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς μῆρινθον (κρόκην κλωστήν Plut.), ὡς δὴ ἱκέτης τῆς θεοῦ· οἱ δὲ περὶ τὸν Περικλέα οὐ κατασχόντες τὴν ὀργὴν ἀπέκτειναν αὐτὸν κατερχόμενον. Τοῦτό ἐστι τὸ Κυλώνειον ἄγος.

Eandem historiam fusius narrat Plutarchus in Solon. c. 32, ubi pro Pericle habes Megaclem archontem aliunde non notum (Ol. 42 sec. Corsinium et Fischer in Tabb. Chron., Ol. 40 sec. Clinton., Ol. 45 sec. Bæckh.). In scholio Περικλῆς pro Μεγακλῆς exhiberi videtur eodem erroris genere quo in Aristodemi codice Parisino Σοφοκλῆς abiit in Θεμιστοκλῆς. Antiquum esse vitium e Suida liquet, qui s. v. Περικλῆς et Κυλώνειον ἄγος eundem Periclem cum Xanthippi filio inepte confundit. Περικλῆς, αἰτ. Ἀθηναῖος· ἐπὶ τούτου ἤρξατο ὁ Πελοποννησιακὸς πόλεμος. Ἐπὶ τούτου τὸ Κυλώνειον ἄγος ἠλαύνετο παρὰ Ἀθηναίων, ᾧ ἐνείχετο Περικλῆς. Κύλωνα γὰρ ἄνδρα Ἀθηναῖον, Ὀλύμπια νενικηκότα, γαμβρὸν Θεαγένους τοῦ Μεγαρέων τυράννου, ἐπιθέμενον τυραννίδι τῶν Ἀθηναίων, παραχρῆμα φυγόντα, καταφυγόντα δὲ ἐπὶ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποσπάσαντες οἱ περὶ Περικλέα ἀπέκτειναν· οἱ δὲ ἀντεπέταττον, Περικλῆς δὲ οὐκ εἶα πείθεσθαι.

Ejusdem generis notitia historica ex eodem haud dubie fonte deprompta exstat ap. schol. l. 1. p. 378 :

Ἡ Φύη. Πεισίστρατος διωχθεὶς παρὰ τῶν Ἀθηναίων εὔρε γυναῖκα μεγάλην, ἣν καὶ ἀναθιβάσας εἰς ἴππων (ἄρμα sec. Herod.) ἤγαγεν εἰς Ἀθήνας λέγων ὡς ἡ Ἀθηναῖα ἐστὶ, καὶ κομίζει με αὐτὴς εἰς Ἀθήνας. Cf. Herodot. 1, 60; Polyæn. 1, 21, 11; Valer. Max. 1, 2, 2; Clitodemi fr. 24 ap. Athenæum, 13, p. 601, C (*).

Præter scholiastam Hermogenis Suidas s. v. Παισανίας, Θεμιστοκλῆς, Κίμων et Καλλίας (v. not. ad c. 8, 5. 10, 11. 11, 1. 13, 2) Aristodemi opere usus est, quamquam in nonnullis a codice nostro recedit, quæ excerptorum negligentia imputanda esse videntur.

Codex Aristodemi sicut ille qui περὶ μηχανῶν scripta continet, lacunis et mira nominum priorum depravatione et singulorum verborum corruptelis magnopere laborat. Quodsi sustuleris sordes quas manu leni abstergere possis et librariorum negligentia vel stupori deberi quisque largietur, residet oratio incultæ simplicitatis, qualem in compendio a recentioris ætatis magistello scripto et ab aliis fortasse breviato ferre licet. Quæ in ea a puræ putæ græcitatibus usu recedunt, non adeo multa sunt, ac fieri potest ut horum quoque pars corrigendo tollenda sit. Serio rem redolent verborum formæ mediæ ἐκπληττόμενος vel potius ἐκπληξόμενος τοὺς Ἕλληνας (c. 1, 4) et προδώσασθαι τοὺς Ἕλληνας (c. 4, 1), quarum loco expectabas activas ἐκπληξῶν et προδώσειν, quas reponi voluit Bücheler. Similiter Theophylactus Hist. 1, p. 155, D dicit : ἀναιρέσει τοῦτους παράδοτο. Verbum πλῆττεσθαι sensu activo adhibetur quidem ap. Herodot. 3, 14 (κεφαλήν ἐκπληξάτο) et Hom. II. 16, 125 (μηρὸν πλῆξάμενος), ita tamen, ut simul vis verbi medii subsit. Elumbem orationem habes c. 2, 1 : ἐπισχνούμενος δώσειν... τηρήσειν ὑποσχόμενος, ubi fort. δεχόμενος corrigendum esse Bücheler suspicatur. Facilius crediderim scribæ deberi quod legitur c. 8, 2 Ἀργιλῶ ἀγαπωμένῳ ἑαυτοῦ (deb. αὐτοῦ). — Solæca sunt c. 8, 4 : τῆς κατὰ τοῦ παιδὸς κολάσεως, quæ, etiamsi ejectionis vocem κατὰ, contra veterum præceptum forent, ex quo κολασίς est pœna quam luis, non vero, ut nostro loco, quam sumis. Recte dicere licebat τῆς κατὰ τοῦ παιδὸς κρίσεως. Junioris ævi usu dictum fuerit c. 17, 1 : ὑπερφηανεύμενοι ὑπὸ τῶν Κερκυραίων; certe in Steph. Thes. verbi activi ὑπερφηανεύω exempla non afferuntur nisi ex schol. Theocrit. 1, 69 et Athanasio 2, p. 361, D; quamquam altera quoque verbi forma, ὑπερφηανέω, rara est. Quæ cetera Bücheler in Aristodemi oratione reprehendit, minoris momenti sunt. Recte quidem offendit in verbis ἐφ' ᾧ, sequente conjunctivo (c. 16); at patet codicis scripturam aperte corruptam : ἐγίνοντο δὲ αἱ σπονδαὶ ἐπὶ τοῖσδε ἐφ' ᾧ μὴ καταπλέωσιν, refingendam esse in... ἐπὶ τοῖσδε· « μὴ καταπλέωσιν etc. » Neque peregrini aliquid habet phrasis ἐξιλάσκεισθαι τοὺς δαίμονας τινος (c. 8, 1), quum δαίμονες (manes) sæpius hoc sensu in Luciano legatur et ὁ δαίμων eodem sensu jam ap. Æschylum occurrat (V. Thes. s. v.). Denique nihil moror

(*) Quæ præterea in scholiis illis p. 482 leguntur de Διζέο (cf. Aristod. c. 1, 8), ea narrantur laudato Herodoto. Aliud scholion p. 375 de causis belli Peloponnesiaci, quod ex uno tantum codice Mediceo ceteris Walzibus adjunxit, ab Aristodemi narratione alienum est.

istud ὑπάρχων ἐν Αἰγίνῃ τότε (c. 1, 4). Sicut dicitur ἐν Αἰγίνῃ τυγχάνει pro τυγχάνει ὄν, similiter licet ὑπάρχει pro ὑπάρχει ὄν. — Vox aliunde, quantum sciam, non nota in Aristodemi fragmento exstat περίπνος, somnolentus, ad similitudinem vocum κάθυπνος et ἔνυπνος eleganter efformata.

DE FRAGMENTI RATIONE CHRONOLOGICA.

Res inter τὰ Μηδικὰ et bellum Peloponnesiacum gestas primus perstrinxerat Hellenicus, at βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριδῶς (Thuc. 1, 97). Quare idem argumentum denuo tractavit Thucydides (1, 98-118), qui quamvis raro seriem rerum ad annorum computationem revocaverit, vel sic tamen firmissimum fundamentum suppeditavit, cui innitentes viri docti et auxilia assumentes ex catalogis archontum Atticorum et regum Lacedæmoniorum Persarumque, res gestas ad suos quasque annos exegerunt adeo tuto iudicio, ut nonnisi de paucis quibusdam dubitationi locus relinquatur (1). Nemo nescit quam diversus ab his sit Diodorus, qui modo recte rerum tempora tradit, modo vel paucis vel etiam sat multis annis a vero aberrat, modo ejusdem rei tempus alio loco definit aliter. Cujus confusionis et inconstantiae causa in eo maxime posita est, quod auctor fontes diversos et diversa narrationis genera temere miscuit. Ac fontium quidem, quibus Diodorus usus sit, duo facile genera distinguuntur; ex altero uberiore græcæ historiæ expositionem deprompsit, cui ex altero breviores notitias chronologicas interspersit. Illud fuisse unum Ephori opus diligentissima inquisitione nuper probavit Volquardsenus (2). Quam diligenter ipse Ephorus in temporibus notandis versatus sit, ignoramus; eum vero historiam non in annalium formam discerpisse, more Diodoreo, sed capitulatim scripsisse atque certas rerum complexiones et personarum historias complurium annorum tempus absumentes uno eodemque loco absolvisse probabiliter admodum statuitur. Hoc enim concesso, confusio, quæ apud Diodorum obtinet, explicationem habet facilem. Videlicet continuas Ephori narrationes Diodorus partim servavit eoque commisit ut multorum res annorum in unius anni angustias temere coerceret, partim in spatia annua haud recte eas diremit. Nonnulla horum, eà præsertim quæ sunt circa minores unius vel duorum annorum errores, ex mero Diodori arbitrio pendere largior, in plurimorum vero distributionem chronologicam vim magnam exercuisse alteram quam adhibuit fontium classem, χρονικῶν scilicet libros (3), tum per se probabile est, tum vero ex eo conficitur, quod eadem errorum ratio, quæ in Diodoro frequentissima est, apud alios quoque auctores et apud ipsum nostrum Aristodemum late patet (4).

(1) Vid. Clinton. in Fastis Hellen. tom. 2; Arnold Schæfer De rerum post bellum Persicum usque ad tricennale fœdus in Græcia gestarum temporibus, Lips. 1865; G. Pierson, *Die thucydideische Darstellung der Pentateuchie erörtert u. mit anderen Quellen verglichen* in Philologo tom. 28 (1868), p. 40-69 et p. 193-220.

(2) Ch. Aug. Volquardsen, *Untersuchungen über die Quellen der gr. u. sicil. Geschichten bei Diodor*, Buch XI-XVI. Kiel, 1868. Cf. Collmann De Diodori fontibus capita IV, Leipz. 1869.

(3) Sic de annis capti Ilii et reditus Heraclidarum (1184 et 1104 a. C.) Diodorus, 1, 5, 1 Apollodori calculos se probare dicit, dum ex eodem Diodoro (16, 76) novimus Ephorum Heraclidarum reditum assignasse anno 1091 a. C. (5X63 ante Olymp. 1), sec. computum Peloponnesiacum, quem etiam Sosibius Laco secutus est sec. Clem. Strom. p. 141. (Quod in Hieronymo sub an. Abr. 923. 1094. a. C. huc referri posse olim videri poterat, id secus habet, ut ex Schœniana Hieronymi editione nunc patet).

(4) Quænam opera chronologica Diodorus usurpaverit, in præsentem non quæro. Haud infimum inter ea locum tenuisse Chronica Apollodori, in propatulo est, verum ex his solis notitiis chronologicas et consulum et archontum nomina fluxisse haud recte censet Volquardsen. Diodorus Apollodorum laudat 1, 5, 1, et 13, 108, 1 de Antimachi ætate, et 13, 103, 4, ubi, postquam dixerat Sophoclem obiisse Ol. 93. 3. 406 a. C., addit: Ἀπολλόδορος δὲ φησι καὶ Εὐραπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι, τινὲς δὲ λέγουσιν... μικρῶ πρότερον τούτων τῶν χρόνων. Hæc omnia ex eodem Apollodoro discrepantes sententias in medium proferentē fluxisse statuit Volquardsen. At nihil impedit quin ipsum Diodorum juxta Apollodorum alium scriptorem consuluisse putemus. Nam alio loco 16, 11, 5 ad Ol. 94, 1. 404 a. C. Democritum 90 annos natum obiisse dicit (ut Euseb. Chron.), adeo ut natales incidant in an. 494. Id vero alienum est ab Apollodori computo, qui, testante Diogene L. 9, 41, Democritum natum dixit Ol. 80, 460 a. C. dum Thrasyllus natales retulit ad Ol. 77, 3. 470 a. C. Volquardsenus quidem Diodorum mortis annum cum epocha τῆς ἀμφί; confudisse suspicatur, quoniam Diodorea cum iis quæ de Anaxagoræ ætate Apollodorus tradit, non possent conciliari. At dicendum potius erat Apollodorum errasse de temporibus tum Democriti tum Anaxagoræ. Ipse Democritus vitæ suæ tempora ita computasse videtur, ut terminum a quo poneret excidium Ilii; certe sec. Diogenem l. 1. τὸν μικρὸν διάκοσμον se scripsisse dixit annis 730 ὑστέρων τῆς Ἰλίου ἀλώσεως. Eadem vero compu-

Hæc autem errorum ratio ejusmodi est, ut facile intelligatur juxta veram temporum computationem alias duas exstitisse quarum altera septem annis, altera quinque annis a vero aberrat, dum

tandem ratio iis quoque subest quæ de natalibus Democriti produntur, adeo ut dissensus auctorum e diversis æris Trojanis pendeat. Scilicet natus est Democritus :

sec. Diodor. an. 494 a. C. = 723 post. 1217	} exc. Ilii.
sec. Thrasyll. an. 470 a. C. = 723 post. 1193	
sec. Apollod. an. 460 a. C. = 723 post. 1183	

Thrasyllum excidium Trojæ collocasse in an. 1193, qui plerisque est annus expeditionis Trojanæ, testatur Clemens Alex. Strom. 1, p. 145 (V. Fr. Hist. 3, p. 503). Similiter annus 1217, qui item vulgo est expeditionis annus, in auctore quem Diodorus adhibuit, annus excidii erat. Qua quidem terminorum permutatione nihil frequentius est. Jam vero Diodori computum recte habere, ab Apollodoro autem et Thrasyllo ad alios calculos perperam deflexum esse verbo significavi in Fr. Hist. 2, p. 24, pluribus vero demonstravit Car. Fr. Hermannus in Programmate Gœtting. an. 1849 *De philosophorum Ionicorum ætatibus*, p. 14 sqq. Cf. idem in Indice scholarum sem. hib. 1852-53 *De Thrasyllo grammatico et mathematico*, p. 8 sq. Ceterum si apud Diogenem numerus 790 genuinus est, ipse Democritus quartam quandam æram Trojanam secutus esse debet, quam esse illam anni 1154 (63 post. 1217) olim conieci, adeo ut Diacosmus scriptus esset anno 424. Nescio tamen an philosophus secundum æram celeberrimam illam quam Diodori auctor secutus est, et ipse computaverit, numerus Diogenis vero mendam traxerit. Fortassis pro ἑταρὸν ὄστρον τῆς Ἰλίου ἀλώσεως ψλ' legendum ψζ' (790), quo numero Diacosmus pertineret ad an. 427 a. C. sive ætatis D. annum 65. Certe lenis est mutatio, quum peregrinæ numerorum notæ ζ' et ρ' sæpissime in notiores literas a librariis corruptantur et vel a recentioris ævi viris doctis haud recte legantur (sic v. c. Iriarte in apographo suo codicis Matritensis, qui stadiasium maris Magni continet, numerum ζ' ubique corruptit in ς' vel ϛ'). — *Anaxagoras* Democritus ipso antiquioram fuisse dicit annis 40 (ap. Diog. l. l.). Natus igitur an. 534 (494-40) a. C. Sec. Demetrium Phalereum et Apollodorum obiit post vitæ annos 72, i. e. an. 462 a. C., Olymp. 79, 3, ut recte etiam Eusebius in Chron. tradit. Sec. Apollodorum vero Anaxagoras vixit an. 500-428 (Ol. 70, 1-88, 1). Differentia est annorum 34, ut de ætate Democriti. Eandem fere discrepantiam habes in *Anaximandri* anno natali, quem Suidas Olymp. 55 (560 a. C.), Apollodorus Olymp. 63 (528 a. C.) assignant. Eundem denique dissensum fuisse suspicor de ætate *Anaximandri*, quem Apollodorus (ap. Diog. 2, 2) natum dicit Ol. 42, 3. 610 a. C. Verum sec. *Ælium* (V. H. 3, 17) Anaximander ἡγήσατο τῆ; εἰς Ἀπολλωνίαν ἐκ Μιλήτου ἀποικίας, quæ colonia, ut in periegesi iambica v. 734 legitur, 50 annis ante Cyri regnum, sive 609 a. C. deducta est, eodem igitur fere tempore quo natum philosophum Apollodorus prodidit. Itaque ex altero computo Anaximandrum an. 644 (34 ante 610) natum esse dixeris. — Sed illuc revertor. Metrica Apollodori Chronica, quæ a Troicis usque ad an. 145 pertinebant, plenos fastos consulares et archontum catalogos, quos ex iis mutuatus sit Diodorus, continuisse per se parum probabile est. Exstitisse vero juxta hoc *Χρονικὸν* compendium majus aliquod Apollodori opus chronologicum soluta oratione scriptum, ut ipse olim statui et Volquardsen quoque censet, nunc ego nego. Duxit in hanc sententiam famigeratus ille laterculus regum *Ægyptiorum*, quem Syncellus ex Apollodoro affert, hic vero ex Eratosthene habere, Eratosthenes denique a Diospolitans sacerdotibus accepissè perhibetur. Facum hæc fecerunt notissimis nostris chronologiæ *Ægyptiarum* fabris, quamvis vix dubitari queat quin eadem fraude ficta sint, qua τῶ ἀρχαίῳ χρονολογίῳ τοῦ κωνιακοῦ κύκλου, sequioris ævi facti, præfixa ad Ptolemaum regem epistula auctoritatis species affingitur. De necessitudine quæ laterculo Pseuderatosthenico intercedat cum Vetere illo chronico et cum Manethone Panodoro dixi in Fr. Hist. 2, p. 566, probante Gutschmidtio, qui fusiis de his disputavit in *Rhein. Mus.* tom. 12, fasc. 1, p. 9 sqq. et tom. 13, fasc. 4, p. 485 sqq. Nunc addo aliud quod eodem pertinet. Syncellus p. 19 de Beroso et de Manethone suo dicit : Θαυμαζέτω δὲ πῶς οὐκ ἠσχύνθησαν ἀπ' ἐνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀρχὴν θέσθαι ταῖς τερατώδεσιν αὐτῶν συγγραφαῖς. Quomodo in temporibus antediluvianis ingentes annorum numeri quidam ad modica spatia revocarint, satis constat. Superest ut demonstretur quomodo et Menes rex et primus rex Berosianus, qui post mythicos sequitur, uno eodemque anno regna suscipere potuerint. Apud Berosum post diluvium regnant duæ dynastiæ mythicæ; earum prior est Euechoi et Chomasbeli, qui regnarunt annis 5100; altera est regum 84, annorum vero 28980. Utroque numero dies indicari statuens aliquis priorum regum duorum dies revocaverit ad veros solares annos 14 (deficientibus diebus decem), deinde vero regum octoginta quatuor dies 28980 (= 79 ann., 5 1/2 m.) reduxerit ad 953 annos menstruos, adeo ut duabus dynastiis mythicis assignentur anni 967. Quodsi admiseris ejusmodi computum irrationalem, res ita habet :

5493 a. C. Mundi annus 1 sec. æram Alexandrinam.
 3251 . . . Diluvium, 2742 annis post 5493.
 3251—2285 a. C. 86 reges mythici post diluvium ap. Babylonios regnarunt annis 967.
 2284 . . . Initium primæ dynastiæ Medorum sec. Berosum et primus annus Menæ regis sec. Eratosthenem.
 38 reges *Ægyptiorum*, quos Syncellus recenset, inde a Mene usque ad finem Amuthartæ, secundum Eratosthenem regnarunt annis 1076 (2284-1209 a. C.).
 1208 . . . Trojæ excidium. (Eandem æram sequitur auctor veteris Chronici.)
 53 reges qui sec. Eratosthenem (consentiente Eusebio) post Amuthartæum regnarunt (sc. usque ad finem regni *Ægyptiorum* et Alexandriam conditam).
 329 . . . (Olymp. 112, 4), Abrahami an. 1687, Alexandri an. 7 : « *Alexandria in Ægypto condita anno regnantis Alexandri septimo, quo item Asiaticis cepit imperare idem Alexander.* » Eusebius Chron.

igitur a diluvio usque ad finem regni *Ægyptiorum* labuntur anni 2922 (3251-329), quibus computentur duo cycli Sothiaci (2×1461).

Sane quidem primus Alexander *Ægypto* imperantis annus incipit exeunte anno (14 Nov.) 432 a. C., adeo ut eo usque sint fere 2×1460 anni solares; at constat in aliis hujus generis computis multo magis etiam a vero aberratum esse;

media inter utramque sex annorum discrepantia passim fluctuat. Animadvertit rem Varro, de cuius studiis chronologicis agens Censorinus (D. d. nat. c. 21 p. 62 ed. Jahm.) inter alia dicit: *De tertio autem tempore* (sc. quod a prima Olympiade initium habens ἱστορικόν vocatur) *fuit quidem aliqua inter auctores dissensio in sex septemve tantummodo annis versata; sed hoc quodcumque caliginis Varro discussit.* Proxime ad nostrum negotium pertinet septenorum annorum diasensus, quem exemplis nonnullis probare liceat.

Diodorus 11, 48, 1 inter varias notitias chronologicas Siculis historiis præmissas, Ol. 76, 1. 476 Leotychidem obiisse dicit post regnum annorum 22, et successisse Archidamum II, qui regnasset ann. 22. Constans sibi idem 12, 35, 4, Ol. 86, 2. 434 Archidamum mortuum esse narrat eique successisse Agim II, qui regno potitus esset per ann. 27. Idem denique 16, 63, 15, Ol. 108, 3. 346-345 Archidamum III in Italia occubuisse tradit post regnum annorum 23, successorem vero Agim III regnasse annis 15. — De veris horum regum temporibus tu adeas Clintonem in *Fast. Hellen.*; quæ quomodo a Diodori computo differant, hæc docebit tabella:

	Sec. verum comput.	Sec. Diodor.
Leotychides regnavit ann.	22 491 a. C.	22 498
Archidamus II.	42 469	42 476
Agis II.	29 427	27 434
Agesilaus II.	37 398	[39] 407
Archidamus III.	23 361	23 368
Agis III.	8 338	15 345
	-331	-331
	161	168

igitur, missa duorum annorum discrepantia, quæ est circa regna Agidis II et Agesilai II, per totam hanc regum seriem Diodorea chronologia septem annis a genuino computo recedit (*) et in

neque dubito quin annus ab Eusebio traditus ex ea ipsa, quam modo attuli, computatione profectus sit. Patet totam hanc chronologiam historiæ Ægypti et Babylonis ab Alexandrino quodam Judæo concinnatam esse ad similitudinem ejus quam in Vetere isto Chronico habemus. Reges 38 a Syncello enumerati quum desinant in annum, qui est æræ Trojane, hanc ipsam æram auctorem hujus laterculi, sicuti illum Veteris Chronici, adoptasse censeo. Alii Trojæ excidium retulerunt ad finem Thuoris regis antecedentis. Idem si quis in nostro catalogo facere mavelit, excidium Trojæ habebit 63 annis sive uno cyclo superiorem (anni 1271), quoniam Amuthartæus annis 63 regnasse dicitur. Quodcumque statueris, alienum est ab Apollodoro et Eratosthene. — Ceterum ad eundem Pseudapollodorum pertinet mentio Apollodori apud Eusebium p. 5 et 9 ed. Mai., ubi de Berosiana Chaldaeorum historia sermo est. Eusebius ibi Apollodorum ex Alexandro Polyhistore laudare videri possit. Attamen Syncellus p. 71 ed. Bonn. Alexandri narrationem disertis verbis ab Apollodorea distinguit, et apud Eusebium p. 9 verba: *quod et Apollodorus in historia (in volumine verit Aucher) narrat*, ita habent, ut ab ipso Eusebio interponi potuerint. In altero autem loco p. 5 verba Armenia laborare Maius notat. Legitur ibi in Maii versione: *Hac vero ratione narrationem exorditur, ut Apollodorus ait.* Fortasse hoc quoque loco in græcis erat ὡς καὶ Ἄν. Certiora docebit Petermannus in nova quædam parat versione Eusebii.

(*) Eadem computatio pertinuerit etiam ad præcedentia Proclidarum regna et usque ad Charilai regis initium sive Lycurgi epocham, quam qui anno 885 vel 884 a. C. assignant (ut Otesias, Eratosthenes, Apollodor., alii), id ex ipsis his calculis mihi fecisse videntur; nam si septem annis inferiorem posueris in an. 878 (885-7), habebis epocham quæ sec. sincerum computum Atticum plenis cyclis ab æra Trojana et a primo archonte distat (878=5×63 post 1193 et 2×63 ante 752). Idem statuendum est de illo Agidarum initio, quod sec. Eusebium ad an. 1074 referendum est. Secundum istam 7 annorum differentiam epocha hæc reducitur ad an. 1067, quæ ab iisdem parapegmatis ex more vetere integris cyclis disjungitur (1067=2×63 post 1193 et 5×63 ante 752). — Ceterum animadvertas Diodori errores supra notatos ad solos pertinere Proclidas. Agidarum tempora, quæ ex Diodoro novimus inde a Pistarcho usque ad Cleomenem (458-309 a. C.), recte omnia traduntur (V. 13, 17, 1. 14, 89, 1. 15, 23, 1.), nisi quod de Cleomenis regno et vera et falsa exhibentur, de quo supra p. 27 jam monui. Itaque Diodorus ex alio fonte Proclidas, ex alio Agidas afferre videtur. In eandem sententiam adducit Eusebius qui in Chron. p. 166. 167 et 234 ex Diodoro apponit laterculum Agidarum et Proclidarum, qui usque ad Olymp. 1 pertinet. In eo enim Proclidarum series adeo differt ab Agidarum indice, ut duorum regnorum jactura mutilam esse viri docti censeant. At Eusebius duobus locis eadem exhibens retulit quæ reperit. Porro quum a Procle usque ad Olympiadem primam exputentur anni 252 sive 4×63, cyclica hujus numeri ratio non prodit corruptelam, sed computum diversum. Diodorum vero, ex quo hæc colligit Eusebius, incongrua plane per opus suum incredibili iudicii acrisia dispersisse nemo nescit.

Agidis demum regno, quod præter fas septem annis augetur, ad veros calculos traducitur. Errores illos ex Chronicis quibusdam repetendos et ab Ephorea narratione alienos esse ipse Diodorus eo indicat, quod (12, 27 et 52) Archidami II meminit in rebus ann. 429 et 428 et quod (16, 88) Archidamum III an. 338, Ol. 110, 3 occubuisse et Agidem non quindecim, sed novem (deb. octo) annis regnasse dicit.

In Macedonia Alexander II obiit et Perdicas successit an. 454; septem annis aberrat auctor Marmoris Parii (ep. 59), qui rem refert ad an. 461, Olymp. 79, 4, consentiente Hieronymo in Chron. p. 105 ed. Schœne, a quo uno anno differt Eusebii versio armenia ultimum Alexandri annum referens ad Ol. 80, 1.

Archelaus rex regnum suscepit an. 413; septem annis antea, sive an. 420, sec. Marmor Parium. Regnavit annis quattuordecim (413-399), quod Diodori quoque auctor statuisset debet, siquidem (13, 4, 3) Archelai meminit in rebus an. 410, et defunctum esse dicit (14, 37, 5) an-399; nihilominus regnum ejus septem tantummodo annorum fuisse prodit.

Thesei ossa Cimon oraculi jussu e Scyro Athenas attulit an. 469, Ol. 77, 4, archonte Apsephione. Septem annis antea (476, Ol. 76. 1, Phædone archonte) oraculum datum esse Plutarchus dicit (*).

In tributorum tabulis primus annus, quo Athenienses tributa sociorum Athenis administrarunt, notatur annus 454 (V. Kœhler in *Monatsberichte der Berlin. Akad. d. Wiss.*, 1865, p. 214). Consentaneum igitur tunc ærarium e Delo Athenas translatum esse, uti monet Sauppium (*Nachrichten von d. Gesellschaft. d. Wiss. in Gœttingen*, 1865, p. 249). At septem annis antea (461, Ol. 79, 4. Vid. Bœckh, *Staatshaushaltung*, 2, p. 523) hoc ponendum foret secundum Justinum (3, 6) qui postquam dixerat Athenienses a Lacedæmoniis in bello Messenio advocatos, mox vero, utpote suspectæ fidei auxilios, dimissos esse, addit : *Hanc rem Athenienses graviter ferentes pecuniam quæ erat in stipendium Persici belli ab universa Græcia collata, à Delo Athenas transferunt, ne deficientibus a fide societatis Lacedæmoniis prædæ ac rapinæ essent*. In his nexus rerum, ut passim fieri solet, falsæ chronologiæ accommodatus est. Veriora tradiderit Plutarchus (Pericl. 12), qui rei suasorem fuisse dicit Periclem δεισαντα τοὺς βαρβάρους. Ante annum 454 nihil adeo erat cur a Persis Athenienses sibi timerent, at ipso hoc anno 454, quum classis eorum tantum non omniis a Megabyzo Persarum duce in Ægypto deleteretur, τὰ τῶν Ἑλλήνων διεπάρρη (Thuc. 1, 110).

Themistocles in Asiam fuga elapsus literas dedit ad Artaxerxem (**), νεωστὶ βασιλεύοντα (465) et post anni spatium in Persidem profectus ipse ad regem accessit, an. 464. Septennii differentiam habes apud Eusebium, qui ad Ol. 77, 2. 471 (an. Abr. 1545) notavit : *Themistocles ad Persas confugit*. Eodem modo computavit auctor e quo Cicero in Lælio c. 12, 42 refert Themistoclem ad Persas hostes se contulisse viginti annis postquam Coriolanus ad Volscos hostes abiisset (491). In Bruto c. 11 Cicero de hac Themistoclis historia laudat Clitarchum et Stratoclem, tempus vero rei haud dubie definit sec. Apollodorum, cujus Chronica magni fecisse videtur. Sub eodem anno 471 Diodorus quoque (11, 54-59) Themistoclis ad *Xerxem* fugam narrat, sed altius historiam repetit inde ab exilio viri et deinceps ultra ad mortem usque persequitur. Clintonus, Curtius, Schæferus, Piersonus, alii annum 471 apud Diodorum ex vera temporum supputatione ad exilii tempus referendum esse, Eusebium vero et Ciceronem exilii et fugæ tempora confudisse statuerunt. Noli credere. Exilium Themistoclis quum arcte junctum sit cum historia Pausaniæ, quam inde ab anno 477 usque ad mortem ejus viri Diodorus præpostere narrat sub uno anno 477, Ol. 75, 4, falsam chronologiam etiam in Themistoclis rebus secutus fuerit. Quinam verus exilii annus fuerit, haud

(*) Ortum errorem esse ex confusis Apsephionis et Phædonis archontum nominibus olim putaveram cum Krügero aliisque. Cf. Curtius *Gr. Gesch.* 1, p. 744 not. Similiter gemellis erroribus particulares singulis causæ quæruntur inani conamine.

(**) Artaxerxis regni initium ad an. 465 pertinere constat ex certissimo Canone astronomico Ptolemæi, cujus fidem suis calculis seductus in dubium vocavit Krügerus. Finckius vero (Diss. de Themistocle. Götting. 1849, p. 112) qui Themistoclem ad regem venisse an. 472 opinatur, Artaxerxem, vivente Xerxe patre, regni administratorem fuisse ex Lucian. *Macrob.* c. 15 (de quo loco cf. *Geogr. min.* I, p. XXXIII) probare studuit interpretatione insipida.

constat; probabiliter vero ad an. 470 vel 469 referendus est. Mortem Themistoclis Eusebius in falsa chronologia sibi constans assignat an. Abr. 1550. Ol. 78, 3. 466 (*Themistocles tauri sanguine hausto perit*); revera eam pertinere ad annos post 460 proximos e Plutarch. Themist. c. 31 recte collegit Arnoldus Schæfer; ex Eusebio deducitur annus 459 (466-7).

Sexenne bellum Ægyptium sec. Thucyd. cœptum est Ol. 81, 1. 460-459 a. C., finitum vero ineunte Olymp. 81, 3. 454 (Vid. Schæfer. l. l. p. 24). Secundum Diodorum (11, 73 et 75) bellum per triennium gestum est ab Ol. 79, 3—80, 1. 462—460. Inter 460 et 454 nonnisi sex anni intercedunt. At revocandum esse hunc quoque computum ad septem annorum differentiam, qua pro annis 459—454 ponebantur 466—461, ex scholiasta Aristophanis (Plut. 178) colligo qui et ipse falsam chronologiam secutus, Ægyptios a Persis defecisse dicit regnante Xerxe, quem an. 465 mortuum esse constat. Cf. Aristodemus, c. 11, 3.

Bellum Cyprium quod Persæ contra Euagoram gesserunt, sec. Isocratem (Euagor. c. 23; Panegy. c. 39) decennale fuit et ab Ol. 98, 4 ad Ol. 101, 1 sive ab an. 385 ad an. 376 pertinuit. Sec. Diodorum Persæ bellum susceperunt anno 391 (Ol. 97, 2), qui a vero initio sex distat annis, dum falsi computi ratio septem annorum discrepantiam postulat. Fieri potest ut hoc loco Diodorus pro anno 392 annum 391 propterea exhibuerit, quod cum initio belli decennalis confudit ea quæ anno 391 Euagoras contra Persas susceperat (Xenophon Hell. 4, 8, 24). Ceteram confusionem, qua Diodorea de bello Cyprio narratio laborat, nunc nihil curamus (*).

His præmissis, ad Aristodemum rediens ostendam apud hunc quoque historiam eo maxime turbatam esse quod duæ temporum computationes, quarum altera ab altera septem annis differt, temere conflatae sint.

Primum igitur Sami expugnationem (an. 439) et fœderum trecennialium solutionem (432), quæ septem annis est posterior, eidem anno assignari videmus.

Porro statim post prælium ad Cœnophyta commissum (initio an. 456) et ante Tolmidæ expeditionem Peloponnesiacam (an. 455) Cimon in Cyprium profectus ibique mortuus esse perhibetur. Obiit vero an. 449. Iterum igitur junguntur res septennii spatio separatæ.

Bellum Ægyptium (459-454) narratur post prælium ad Eurymedontem (466) et ante pugnam ad Tanagram (457). Igitur hoc quoque bellum septem annis a sede sua dimotum fuerit in annos 466-461. Eandem chronologiam sequitur scholiasta Aristophanis (Plut. 178), qui Inarum vivente Xerxe (465) defecisse dicit, ex eademque profecta sunt confusa illa quæ de hoc bello Diodorum leguntur.

In antecedentibus Aristodemus tradit Athenienses sub Cimone in Asiam profectos contra Themistoclem, qui, appropinquante hoste, venenum hausisset, urbes ionicas liberasse et prælio vicisse ad Eurymedontem fluvium (466). Igitur mors Themistoclis, quæ ad annum 459 referenda est, secundum Aristodemum, sicuti ap. Eusebium, ad annum 466 pertinet. Consequitur Themistoclem ex Aristodemi mente ad regem Persarum venisse an. 471, ut Eusebius et Cicero testantur. Quodsi nihilosecius rex ille *Artaxerxes* fuisse dicitur, nihil aliud inde colligitur nisi auctorem nostrum una cum rerum græcarum temporibus mutasse etiam epochas regum Persarum. Ex eodem computo fuga qua Themistocles ad Naxum ab Atheniensibus tunc obsessam delatus est (465**), anno 472 assignanda est.

Ante hanc fugam in fragmento (c. 9) habes narrationem de disco, cui nomina civitatum quæ

(*) Quum errores quibus uno aut duobus annis a vera temporum ratione disceditur, per totum Diodori opus frequentissimi sint, quaritur an illi errores, qui quinque annorum differentiam præ se ferunt, ex Chironicis, quos D. adhibuit, fluxerint, an Diodori negligentia debeantur et ex septem annorum discrepantia profecti sint. Ejusmodi est quod 11, 64 initium belli Messeniæ anno 469, Ol. 77, 4 (debebat an. 464) assignatur, quod 11, 65 bellum inter Argivos et Mycenæos sub anno 468 (deb. sub an. 463) narratur, et quod Ægina lib. 11, 78 anno 459, Ol. 80, 2, lib. 11, 70 aulem an. 464, Ol. 79, 1 subacta esse dicitur. — Aliud multiplicis confusionis genus subest lib. 12, 65 et 80, ubi sub an. 424, Ol. 89, 1 Nicias Melam vastasse et Cythera et Nysæam occupasse fertur, deinde sub an. 418, Ol. 90, 3 iterum narratur Atheniense Nicia duce Cythera et Nysæam occupasse et Melum expugnasse.

(**) Ad annum 465 rem refero cum Piersono l. l. tom. 28, p. 58. Schæfer l. l. an. 466 exputat. Ceterum haud recte Piersonus statuit de tempore belli Ægyptii.

socia contra Persas arma junxerant, in orbem inscripta legebantur. Quem quidem discum ad instar disci Olympici, de quo Pausanias 5, 20, 1 verba facit, effictum et ab Aristodemi auctore tanquam ἀνάθημα quod Græci primis post Plataense prælium ludis (Ol. 76. 476) Olympiæ dedicassent, commemoratum esse suspicor. Hoc si recte conjeci, præcedentibus quæ sunt de Pausania et de Themistoclis exilio, unus relinquitur annus 477, Ol. 75, 4, quo ipso Diodorus quoque omnem Pausaniæ historiam, quæ est inde ab expeditione Cypria usque ad mortem ejus viri, comprehendit.

Istæ igitur temporum confusiones, quibus antiquior Græcorum historia apud sequioris ævi scriptores laborat, ex fontibus temere mixtis repetendæ sunt. Ipsorum vero fontium dissensus, quo longæ rerum series ab aliis aliter, sed æquabili et constanti discrepantiæ ratione traduntur, iis ortus esse debet temporibus, quibus anni nondum notabantur secundum certam Olympiadis primæ epocham, sed a termino numerabantur, quem alii alio modo constituebant. Rei exemplum supra attuli, ubi ætates philosophorum ionicorum, quæ ab æra Trojana computatæ erant, eadem dissensione exhiberi vidimus, quæ intercedit inter æram anni 1217 et vulgarem æram Atticam an. 1183, quam Apollodorus his calculis subesse perperam opinabatur. Jam quod attinet discrepantiam annorum vel quinum vel septenum, quæ præ ceteris obviam fit et jam Varroni negotium creavit, eam ex varia ratione qua Atticæ historiæ epochæ adornabantur, explicandam esse censeo.

DE ATTICÆ HISTORIÆ EPOCHIS.

Consentaneum est apud Atticos epocham, a qua certioris memoriæ initium sumeretur, et in annis rerum computandis scriptores proficiscerentur, illam fuisse qua post reges et archontes perpetuos secuti sunt archontes decennales, quos mox exceperunt archontes annui. Ex probatissimo computo hæc epocha incidit in annum 752 a. C., Ol. 7, 1; alii vero eam aut quinque aut septem annis superiorem fecisse et an. 757 aut 759 assignasse debent. Nullum sane de his exstat disertum antiquitatis testimonium; at exstitisse archontum catalogos quinque annis a vulgari computo dissentientes ex iis colligitur quæ Pausanias libro quarto affert de Æsimide et Hippomene et Tlesia et Miltiade archontibus, quos omnes quinque annis justo antiquiores ponit, adeo ut ἀναρχαί, quibus usus est, ita habuerint:

Archontes decennales.	Verus computus.	Pausaniam computus.	
1. Charops.....	752 Ol. 7, 1	757 Ol. 5, 4	
2. Aesimides.....	742 » 9, 3	747 » 8, 2	Ol. 9, 2.743 Aesimidis annus quintus ap. Pausan. 4, 5, 4.
3. Clidicus.....	732 » 12, 1	737 » 10, 4	
4. Hippomenes....	722 » 14, 3	727 » 13, 2	Ol. 14, 1.723 έτους 'Ιππομένει τετάρτου τῆς ἀρχῆς ἡνωμένου, Paus. 4, 13, 3.
5. Leocrates.....	712 » 17, 1	717 » 15, 4	
6. Apsander.....	702 » 19, 3	707 » 18, 2	
7. Eryxias.....	692 » 22, 1	697 » 20, 4	
Archontes annui.			
1. Créon.....	682 » 24, 3	687 » 23, 2	
3. Tlesias (*).....	680 » 25, 1	685 » 23, 4	Ol. 23, 4.685 Tlesiae annus ap. Pausan. 4, 15, 1.
24. Miltiades.....	659 » 30, 2	664 » 29, 1	Ol. 29, 1.664 Miltiadis annus ap. Pausan. 4, 25, 5. Verum ejusdem archontis annum ex alio fonte habet Pausan 8, 29, 3.

(*) Tlesiae annum 680 non habemus testatum. In Marmore Pario Tlesiae annus est 682. Verum quum in eodem annus Creontis non sit 682, sed 684, hanc duorum annorum differentiam etiam de Tlesiae magistratu obtinuisse per se verisimile est et comparatis Pausaniæ locis comprobatur. Errat Clintonus qui duos Miltiades archontes, alterum anni 659, alterum anni 664 distinguendos esse suspicatur.

Septennii differentia simili modo probari nequit, sed aliunde eruenda est. Ceterum computorum varietas augetur eo quod Creontis, primi archontis annui, magistratum alii in an. 684 vel 683, alii in an. 680 (Ol. 25, 1), alii in an. 704 (Ol. 19, 1) collocarunt (*). Major etiam dissensus est circa mythicæ historiæ epochas, de quibus Eusebius et Castor et auctores Excerptorum Barbarorum et Marmoris Parii suos quisque calculos secuti sunt. Attamen omnia hæc quantumvis diversa legibus quibusdam nituntur, quibus perspectis facile apparet qui factum sit ut Charopis et Creontis anni tam vario modo constitui indeque etiam tempora historiæ luce clara turbari poterint. Igitur operæ pretium sit summa rei momenta paucis exponere.

Idem argumentum juvenis olim tenuique apparatu instructus in Fragmentis chronologicis tractavi, quæ an. 1844 ad calcem Herodoti éd. Did. prodierunt tanquam præludium majoris operis, quod nunquam dereliqui, sed ad finem perducere nondum potui. Haud pauca commentatio ista habet quæ non recte dicta esse diuturnum harum rerum studium me docuit, illud vero in quo cardo totius negotii versabatur, scilicet præcipuas historiæ incertioris epochas secundum cyclos annorum 63 adornatas esse, tantopere in propatulo esse nunc contendo, ut, si quis scrutans hæc non intellexerit, eum suo gaudere stupore jubeam. Hanc autem doctrinam eo obscuravi errore, quod cyclis illis subesse putabam rudem quandam computum astronomicum, quo 63 anni lunares ad 60 annos solares revocarentur. Seduxit partim Odofredus Müllerus qui ejusmodi cyclum Dædalorum festorum fuisse opinabatur, partim illud quod pro 63 annis passim 60 annos numero rotundo poni videbam, et quod cyclos annorum 60 apud Asiæ mediæ et prisicæ Americæ gentes in usu fuerunt, tandem vero quod vulgarem æram Trojanam anni 1193 computo niti arbitrabar, in quo terminus a quo esset Olympias prima. Hæc omnia vana esse nunc censeo, neque aliud quid in cyclo isto annorum 63 agnosco nisi διάστημα μυθικόν vel μυστικόν (ut Clemens p. 147 ait), cujus vis et ratio unice residet in multiplicatione numerorum septenarii et nonarii (**), quorum usum bene nosti late patere per antiquitatis fabulas et cultus instituta et φιλοσοφήματα. Sic ut unum asseram, Solon vitam humanam novies septenorum annorum periodo contineri dixit, et Pythagorei planetarum distantias 63. 126. 189. 252 etc. millibus stadiorum definiunt, et Eratosthenes terræ ambitum, quem fere 250,000 stadiorum esse calculis astronomicis repererat, commodioris numeri causa 252,000 stadiorum esse sumsit, adeo ut a linea æquinociali ad polum usque essent stadia 63,000.

Ceterum antequam de epochis historiæ Atticæ disseramus, nonnulla præmonenda sunt de epochis belli Trojani et reditus Heraclidarum. Duo in his distinguendi sunt computi, quos Olympicum et Atticum dicere licet. In altero terminus a quo est Olympias prima (776), in altero primus annus primi archontis decennalis (752). Ab utroque termino usque ad eas æras Trojanas, quæ omnium usitatissimæ sunt (an. 1217 et 1193), computantur septem cycli minores (7×63) sive anni 441, quos majoris cycli nomine comprehendendis; hac enim periodo insigniores historiarum epochæ rerumque humanarum conversiones determinantur ubicunque genealogiarum ceteraque traditionis rationes non adeo refragantur. Quamquam passim ipsæ etiam genealogiæ regumque series ad implendos cyclos majores effectæ esse videntur. Sic Erechthidas reges quattuordecim, quibus 441 anni assignantur, ex prisicis fabulis Atticis undique conquisitos et in continuum seriem consarcinatos esse constat. Aliam annorum 441 periodum successoribus Erechthidarum, qui fuerunt usque ad primum archontem annum, a nonnullis attributum esse infra videbimus. Eisdem annos 2×441, qui sic labuntur a Cecrope usque ad Creontem, in Assyriorum regum laterculo habes inde a Nino usque ad finem Teutami et excidium Trojæ sec. Canonem Eusebii (Vid. Castoris fr. p. 159), et ab Ægialo Sicyoniorum rege usque ad captum Ilium secundum Ca-

(*) Africanus apud Syncellum, p. 212, B : Κρέοντος πρώτου ἀρχοντος ἡγησαμένου ἐπὶ τῆς 19' Ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς 25'.

(**) Similis generis figmento nititur cyclus annorum 59, cujus rationes Ctenopides Chius ænæ tabulæ insculptas Olympiæ dedicasse fertur (Ælian. V. Hist. 10, 7). Vid. Bœckh *Philolaus*, p. 135, Ideler *Handbuch. d. Chronol.* I, p. 303.

storem (l. l. p. 168). Porro Marmoris Parii summa ratio in eo posita est quod toto Chronico tres cycli majores conficiuntur (V. infra). Ni fallor ad cyclos illos annorum 441 revocanda etiam sunt spatia annorum 440-443, quæ in Asiaticis historiis usque recurrunt (*), nec non in Manethoniana quadam chronologia hoc cyclo antiquissimæ rerum Ægyptiarum epochæ definiuntur (**); huc

(*) Sic anni 443 ab Abrahamo ad exitum Judæorum numerantur in Exc. Barbaris; hinc vero anni 440 ad Salomonem et templi ædificium, inde autem anni 442 ad captivitatem Judæorum sec. Eusebium. Similiter sec. Syncellum p. 90, C et 92, A inter diluivum et Assyriorum regni initium interjecti sunt anni 440, quibus 13 reges Chaldæi et Arabes regnarunt. Conferas etiam *ἱστορικὰ μυστικά*, quæ Clemens Strom. p. 147, 47 dicit, apud Matthæum, qui 14 γενεὰς ab Abrahamo ad Davidem, 14 alias ad captivitatem Judæorum, alias item 14 usque ad Christum numerat.

(**) Secundum Africanum et Eusebium Manetho libris primo et secundo recensuit annos 4421 (2300+2121), quorum postremo captum est Ilium (1183). Igitur inde a Mene usque ad expeditionem Trojanam (1193) anni sunt 4410 sive 10×441. De immortalium regnis, quæ non novimus nisi ex Eusebii versione Armenia, incongrua exhibentur. Summam annorum nos colligimus 24925, Eusebius collegit an. 24900, eosque, quum menstrosos esse censeat, ad veros annos 2206 reduci prodit. Patet hæc non posse inter se conciliari. Genuinus fere numerus est 2206, qui uno anno aberrat a prisco numero 2205 (5×441). Igitur quum computo simplicissimo duodeni anni menstrui in annum duodecim mensibus constantem numerentur, annis 2205 efficiuntur anni menstrui 26460 (60×441). Ex his in sex deorum regna supputati fuerint 36×441 sive 15876. Eusebius iis assignat 13900, verum secundum summam annorum 24900 ab ipso Eusebio collectam, anni deorum esse debent 13875, quorum loco quidam numero rotundo scripsit 13900. In his igitur numerus millenarius antiquo errore corruptus est. Pro 13875 ponendi erant 15875 vel accuratius 15876. Reliqui anni 24×441 inter heroes et Manes ex æquo distributi fuerint. Ex numeris Eusebianis veterem computum cyclicam refinxis hunc in modum :

	<i>Euseb.</i>	=	<i>comput. cyclicus.</i>	
Heroes.	1255	=	1260	= 20×63
Alii reges.	1817	=	1827	= 29×63
30 reges Memphis. . .	1790	=	1890	= 30×63
30 reges Thinitæ. . .	350	=	315	= 5×63
	5212	=	5292	= 84×63 = 12×441
Manes.	5813	=	5292	= 84×63 = 12×441
	11025		10584	

Ceterum Eusebiana hæc etsi e vetustiore computo cyclico profecta sint, haud tamen in ipso Eusebio quiddam mutandum est. Quodsi heroum et manium annis 11025 addideris deorum annos 15876, summum obtines annorum menstruorum 26901, sive veros annos 2242, deficientibus mensibus tribus. Jam vero constat annos 2242 numerari a mundi creatione ad diluivum, atque Panodorum modum aliquem excogitasse quo ingentes annorum numeri dii et semidii attributi ad modica spatia ita reducerentur, ut ultimus annus desineret in epocham diluivii. Nullus igitur dubito quis ejusdem generis computus etiam Eusebianis numeris subsit, quorum unum illum qui est de regno deorum, jam Eusebius corruptum invenerit. Eusebius igitur nescius miscuit diversa. Neque id mirandum, quoniam in mortalium quoque temporibus diversa miscentur et Manethonianus computus in dynastiis XVI—XIX ad Judaicam chronologiam accommodatur. — Aliam rationem inivit Bœckhius, quem in Fragmentis Manethonianis secuti sumus. Etenim quum nonnulli prisca Ægyptiorum tempora secundum periodos Sothiacas adornassent, proclivis conjectura erat similiter fecisse Manethonem Africani et Eusebii. Bœckhius igitur ita rem instituit ut deorum anni essent 17×1461=24837, Menis vero annus primus componeretur cum initio periodi Sothiacæ an. 5702. Id tamen fieri non potuit nisi mutatis numeris plurimis. Aliam viam inivit Unger (*Chronologie des Manetho*, Berlin 1867, p. 64 sqq.). Is numerus 2206 mutavit in 2016, reliquos servavit ita, ut immortalium anni sint 24925 (quot nos jam et singulis numeris colligimus), mortalium vero anni 2303+2121+850. Summa annorum 30196 quum contineat viginti periodos Sothiacas et annos 976, periodos illas viginti pertinere censet usque ad an. Sothiacum 1321 (19 Juli) a. C, reliquos vero annos 976 usque ad an. 346/345 (Nov.) a. C., atque hoc anno, non vero an. 340, ut Bœckhius exputavit, Nectanebum regem Æg. ultimum obiisse. Quam recte finis Nectanebi in an. 345 removeatur, nunc non quæro. Monuisse sufficiat Ungeris computum eo labefactari quod anni 850 sec. Africanum pertineant usque ad finem Darii Codomanni, non vero, usque ad mortem Nectanebi; deinde autem sec. Ungerum secundus Manethonis liber desineret in an. 1195 a. C., qui nullius est excidii Trojani; denique parum cadit in mythicæ chronologiæ simplicitatem quod neque immortalium regnum explet certum periodorum numerum, neque Menis annus primus cum initio periodi componitur. Porro fallitur Ungerus Africanum putans Trojæ excidium collocasse in an. 1198. Patere hoc dicit ex Excerptis Barbaris, ubi p. 77 in fine laterculi regum Lacædæmoniorum ab Olymp. 1 ad reditum Heraclidarum anni 350, inde vero (p. 75) ad Ilium captum anni 72 computantur (77+350+72=1198 a. C.). At nituntur hæc locis aperte mendosis. E reliqua Barbari chronologia certissime constat Trojæ excidium ab Africano assignari anno 1184 vel 1183. *Initio* laterculi regum Lacædæm. ab Ol. 1 ad initium regni Eurysthei computantur anni 325, ut apud Eusebium; itaque reditus Heraclidarum pertinet ad an. 1101; inde ad Trojæ excidium (1183) sunt anni 82; ex Barbari numeris (p. 75) nonnisi 72 colliguntur, quoniam librarii errore Ægistho septem anni adscribuntur, quorum loco 17 ex Eusebio reponendi sunt. Quodsi in fine laterculi Lacæd. pro 325 anni ponuntur anni 350, id mero sit errore. Totus scilicet regum laterculus mire corruptus est. Pro novem regibus notissimis, qui usque ad Olympiadem primam regnarunt, undecim censentur, quorum ex regnis colligitur summa ann. 370, qui pro illis 350 notandi fuissent. Nimirum post Agesilaum regem sextum interponitur Cemenelaus quidam cum annis 44, et post Alcamenem regem novum Automedus cum annis 25 adjicitur. Hunc esse Aristodemum Eurysthei patrem, qui pro filio per 25 annos regnum administrasset, opinatur Ungerus. Quinam Cemenelaus fuerit, non dixit. Uterque debetur stupori Barbari, qui græca sua non intellexit. Ecce laterculum, in quo juxta Barbari numeros notavi Eusebianos : Eury-

denique pertinet quod de *καλιγενεσίας* cyclo annorum 440 e Varrone prodidit Augustinus De civ. dei 22, 28 (*). Qui quidem cycclus ille ipse est, qui ab æra Trojana (1193) ad Urbem conditam pertinet.

Aliæ æræ Trojanæ, quæ cyclis integris a prima Olympiade distant, complures deprehenduntur, modo teneas, quod supra jam monui, initium cycli ab aliis cum initio belli, ab aliis cum fine ejus componi. Reditus Heraclidarum ex eodem computo a variis æris Trojanis distat annis 63 aut 126 aut 189.

Epochæ belli Trojani.

1. An. 1227 a. C. =	7 × 63	ante Ol. 1.
2. An. 1154 . . . =	6 × 63	(1)
3. An. 1080 . . . =	8 × 63	(2)
4. An. 1007 . . . =	9 × 63	(3)
5. An. 934 . . . =	13 × 63	(4)

sithus an. 42 (42 Eus.). Ægeus 2 (1). Echestratus 34 (35). Labotas 37 (37). Doryssus 29 (29). Agesilaus 30 (44). Ceme-
nelaus 44 [i. e. Ἀγησίλαος; λ' ἡ καίμην ἄλλως μδ']. Archelaus 60 (60) Teleclus 40 (40). Alcamanus 27 (37). Auto-
medus 25 [i. e. Ἀλκαμένης; κζ' αὐτοῦσι λζ' κα (i. e. καίται)]. Verba αὐτοῦσι λζ' in αὐτόμειδο; corruptenti fortasse obser-
vabatur Automedus, quem in antec. memoraverat in laterculo regum Sicyoniorum. Similiter in laterculo Athenien-
sium regum ex verbis διὰ βίου Diabeus quidam ellicitur.

(*) Augustinus de civ. d. 22, 28 : *Mirabilis autem quiddam Marcus Varro ponit in libris quos inscripsit De gente populi romani, cujus putavi verba ipsa ponenda : « Genethliact quidam scripserunt, inquit, esse in re-
nascendis hominibus quam appellant καλιγενεσίαν Græci; hanc scripserunt confici in annis quadringentis
quadraginta, ut idem corpus et eadem anima, quæ fuerint conjuncta in homine aliquando, eadem rursus
redeant in conjunctionem. »* Cum his componendus est locus Probi ad Virg. Ecl. 4, 4 : *Sibylla Cumana post
quattuor sæcula καλιγενεσίαν futuram dicit.* Unde colligas græco 441 annorum periodo accommodatam esse
istam de seculis annorum 110 doctrinam, quam octavo Romæ urbis sæculo emergere videmus, sed quam neque po-
sterior ætas adoplavit neque novit antiquior (Vid. Th. Mommsen *Die Sæcula in Rœm. Chronologie*, p. 187 sqq.).

(1) *Artemon* ap. Suid. v. Ἀρτεμόν; ab Olymp. 9 (744 a. C.) usque ad τὰ Τρωϊκὰ computavit annos 400, adeo ut
annus excidii sit 1144, annus expeditionis 1154.

(2) *Plutarch. Vit. Homeri* c. 38 a Χορξίς in Europam transitu (480 a. C.) usque ad expeditionem Trojanam nume-
rat annos 790. Hinc efficitur an. 1270 a. C, qui non expeditionis, sed excidii esse debet, quum annus cyclicus sit
1280. — *Aretes* ap. *Censorin. De die nat. c. 21* ab Olymp. 1 usque ad Troica esse statuit annos 514. Hinc nanciscitur
an. 1290, quem *Aretes* expeditionis annum esse statuerit, adeo ut cyclicus annus 1280 cum excidio Trojæ componen-
dus sit. — Eadem æra Trojana subesse videtur calculis Herodoteis (2, c. 145 et 1, c. 7), quamquam certus quidam
annus ex his erui nequit (Reizius et Larcherus Ilium captum ex Herodoti sententia censent an. 1270, *Freret* an.
1282, *Clinton F. H.* 1, p. 193 anno fere 1263). Ceterum Herodotus talia parum curat, neque in calculis sibi con-
stat, ut liquet ex comparatis 8, 131 et 2, 145. Vid. *Clinton. l. l.* — Æra Trojana anni 1280 subindicari videtur
etiam ap. *Plutarch. in Cimon* c. 8, ubi ossa Thesei an. 476 a. C. reportata esse dicuntur 800 circiter annis post
fugam Thesei. Cum Menesthei anno 14 componi solet expeditio Trojana, quæ si assignatur anno 1280, fuga Thesei
incidit in an. 1294 a. C. (818 ante 476).

(3) *Timæus* ap. *schol. Apoll. Rhod.* 4, 1246 a Troicis usque ad coloniam a Chersicrate in Corcyram deductam
(734. Ol. 11, 2) annos sexcentos computavit. 734—600=1334, qui est annus excidii, adeo ut expeditionis annus
sit 1343. Cadunt in hanc æram quæ ex *Timæo* (fr. 66) narrat *Tzetzes* ad *Lyc.* 1141. — Eodem modo statuit *Duris*
(ap. *Clementem Strom.* p. 337), qui ab excidio Trojæ usque ad Alexandri in Asiam transitum (vere an. 334)
annos mille præterlapsos esse dixerat. — Anni 417, quos *Timæus* sec. *Censorinum* l. l. a Troicis ad primam Olympi-
adem computavit, pertinent ab an. 1343 ad an. 926 a. C. sive usque ad Iphiti s. *Lycurgi* Olympiadem, quemad-
modum in computo Attico 417 anni numerabantur ab an. 1193 ad an. 776 sive ad *Choræbi* Olympiadem.
V. Fragm. Chronol. p. 125.

(4) *Clemens* Alex. p. 145 a Cecrope ad Alexandri in Asiam transitum (vere an. 334) annos 1828, a Demophonte
annos 1250 numerari prodit. Demophontis anno primo (sec. Hellenicum) vel ultimo Menesthei anno (sec. Euseb.)
captum est Ilium. Igitur :

Cecropis annus 1.	2162 = 22 × 63	} ante Ol. 1
Expeditio Trojana.	1595 = 13 × 63	
Menesthei annus ultimus.	1585.	
Demophontis annus 1.	1584.	

Ejusmodi computus a suetis rerum græcarum chronologiis prorsus abhorrens eorum esse potuit, qui Ogygem At-
ticum cum Ogyge Titane, Beli Assyriorum regis cœstaneo, componebant (Vid. not. ad *Castoris* fr. 1 p. 157 et
Thalli fr. 1 in *Fr. Hist.* 3, p. 517). Ab Ogyge ad Cecropem Attici numerabant annos 189, adeo ut secundum *Clemen-*

Epochæ reditus Heraclidarum.

1. An. 1091 a. C. = 5×63 ante Ol. 1 (5)

2. An. 1154 a. C. = 6×63 (6)

In Atheniensium historia reditus Heraclidarum nullius erat momenti. Itaque insigniorem locum epocha ejus in Attico computo non obtinuit, sed octoginta annis Trojæ excidio posterior (7) ponebatur in medio cyclo, cujus finem mors Codri nobilitavit. Incidit igitur reditus sec. vulgarem computum in an. 1104 vel 1103 (80 post 1184 vel 1183), secundum Thrasyllum in an. 1113 (80 post 1193). Ab hoc anno 1113 uno cyclo distat an. 1050, cui reditum H. assignavit Phanius Aristotelicus (8). Haud dubie igitur etiam æra Trojana Phaniæ uno cyclo inferior erat vulgari illa anni 1193 (— 63=1130). Præterea alias æras Trojanas integris cyclis a vulgari distantes passim usurpatas esse ex veterum testimoniis nonnullis colligas. Sic æram anni 1004 (3×63 post 1193) a Pythagoreis quibusdam adoptatam esse postulat locus in Theologumenis Arithmeti- cis (9). Alia æra anni 1256 (63 ante 1193) nescio an e loco corrupto Eutropii elicienda sit (10).

tem Ogygis epocha incideret in an. 2150. Sed nescio an Clemens Cecropem cum Ogyge confuderit; nam novem cycli qui ap. Clem. a Troicis ad Cecropem labuntur, in Attica chronologia usque ad Ogygem pertinent. Porro quo tempore sec. Clementem Cecrops vixit, eodem Ogyges vixit sec. Varronem, qui in libro De re rustica 3, 1, circa an. 50 à. C. scripto, dicit Thebas ab Ogyge conditas esse fere ante 2100 annos, i. e. circa an. 2150. Præteriens moneo corruptela laborare Varronis fragmentum ap. Censorin. De d. n. c. 21, ubi pro *mille circiter et sexcentis* (DC) *annis*, qui sint a diluvio Ogygio ad Olymp. 1, legendum *mille circiter et quadringentis* (CD).

(5) Ephorus sec. Diodor. 16, 76, 5 ab obsidione Perinthi (341, Ol. 109, 4) usque ad reditum Heraclidarum computavit annos 750. Pertinet igitur reditus ad an. 1091. Idem computus erat *Sosibii Laconis*, uti liquet e Censorino l. l. c. 21 et Clemente p. 141 (Vid. Fr. Histor. 2, p. 625). Fortasse etiam æra Trojana eadem usi sunt Ephorus et Sosibius, ut Bœckhiius conjecit. Clemens Al. Strom. p. 145 Ephorum dicit ab Euæneto archonte (Ol. 111, 2. 335) exputasse ἑνῆ ψιλῆ (735+335=1070 a. C.). Qui numerus si recte habet, pertinebit ad initium regum Lacedæmoniorum.

(6) *Clitarchus et Timæus* sec. Clement. 1, p. 337 ab Alexandri in Asiam transitu (vere an. 334) ad reditum Heraclidarum annos esse 820 statuerunt. $820+334=1154$ a. C., sive 189 post æram Trojanam anni 1343. Pro annis 63 vel 126 vel 189 inter Troica et reditum H. intercedentibus passim numeri rotundi an. 60 (ap. Strab. p. 582), vel 120 vel 180 (ap. Clement. p. 145) ponuntur. Similiter Ionica migratio 60 annis post reditum H. locum habuisse dicitur, dum accuratius Philostratus Heroic. p. 194 inter Troica et Ionicam migrationem annos 127 (deb. 126) intercedere prodit.

(7) Antiquissimus hujus computus testis est Thucydides, qui Hellenicum secutus fuerit. Hellenicus inde ab expeditione Trojana ad reditum Heraclidarum tres generationes tricenorum annorum computaverit. Idem (fr. 82) inter judicia de Halirrhothii causa et de Oreste *undecim* generationes intercedere dixerat; sec. Marmor Parium vero intercedunt anni 330 (1268-938) sive 11×30 , ex Hellenici, opinor, computatione. Vulgo quidem in Hellenico legitur ἑνῶν γενεῶν , quod in ἑνδέκα γενεῶν corrigendum esse dixi in Fr. Hist. 3, p. 796. Vulgatam defendit Brandis (*De temporum gr. antiquissimorum rationibus*. Bonn. 1847, p. 9). Alcippen ab Halirrhothio vitiatum neptin Cecropis ex Agraulo filia fuisse, ideoque iudicium ad Amphictyonis regis tertii tempora referri potuisse dicit. At hoc si admiseris, dicendum etiam foret de Cephalo causam non cum regno Erechthei et sexta inde ab Orestis iudicio generatione, sed cum septima et Cecropis II regno componendam fuisse, quoniam Procris a Cephalo vitiata erat filia Erechthei. — Ceterum Hellenicum usum esse Trojana æra vulgari computi Attici (1193-83), ex iis colligo quæ de sacerdotibus Junonis Argivæ ap. Eusebium et Hieronymum notantur. Hæc enim ex Hellenici Ἱερφαίης Ἡρα fluxisse verisimillimum est. Jam vero Hypermnestra, quæ prima erat sacerdotum Danaidum, in Hieronymi Chronico ponitur an. Abr. 581, 1435 a. C. sive 252 (4×63) ante excidium Trojæ an. 1183, adeo ut ab ipso hoc anno Hellenicus cyclos computasse videatur. Vid. Fr. Hist. 4, p. 633 sq., ubi simul dixi de Neptuni sacerdotum catalogo, quem in marmore Halicarnassense superstitem habemus. Summa annorum ex eo colligitur 504 sive 8×63 . A Telamone Neptuni filio usque ad Antham, quem historici Halicarnassum condidisse perhibent, catalogus annos habet 90, quibus spatium inter Trojanam expeditionem et reditum Heraclidarum interjectum significari videtur.

(8) Phanius ap. Clement. p. 145 a reditu Heraclidarum usque ad Euænetum archontem Ol. 111, 2. 335-34 a. C. exputavit annos 715. Phania usum esse auctorem Marmoris Parii suspicatus est Bœckhiius, cui conjecturæ Clementis locus adversatur.

(9) In Theologumenis Arithm. p. 40 ed. Ast. ex Androcyde, Eubulide, Aristoxeno, Hippoboto et Neanthe referuntur periodum τῆς μεταμψυλώσεως esse annorum 216 ($6 \times 6 \times 6$); Euphorbi vero animam in Pythagora revivisse post $2 \times 216 = 432$ annos, qui cum vitæ Pyth. annis 82 efficerent summam annorum 514 inde a temporibus Troicis. Jam vero Clintonus (F. Hell. 1. ad an. 570) probavit Pythagoram ex Aristoxeni et Iamblichi sententia natum esse circa an. 570 a. C.; igitur Euphorbus ad Trojam cecidit circa an. 1002 (570+432). Annus 1004 tribus cyclis distat ab an. 1193 æræ vulgaris. Cf. Aristoxeni fr. 23 in Fr. Hist. 2, p. 280, ubi paullo aliter statui, quoniam natales Pythagoræ retuleram ad Ol. 48, 1. 486, ex conjectura Bernhardyi, qui hunc computum Eratostheni (fr. 8 p. 200 in Fr. chronol.) attribuit. Quod probare non debebam.

(10) Eutropius dicit Romam conditam esse *Olympiadis sextæ anno tertio* (754-53 a. C.), post Trojæ excidium,

Denique monendum est computum Atticum a nonnullis misceri cum Olympico. Sic Sosibius Laco l. i. Heraclidarum reditum computo Olympico ponit in an. 1091 (5×63 ante Olymp. 1), et ab hac epocha proficiscens computo Attico octoginta annos numerat usque ad excidium Trojæ (1171). Alia miscendi ratione epochæ antetrojanæ computantur a Trojani belli æra Olympica (1217 a. C.), in subsequentibus vero epochis, insertis alicubi annis viginti quattuor, transitus paratur ad computum Atticum qui pendet ab æra Trojana anni 1193. Ejusmodi calculis nituntur quæ in Excerptis Barbaris de Argivorum et Atticorum regum temporibus traduntur.

His præmissis, videamus de epochis historiæ Atticæ. Ac primum quidem apponam unde pateat eas adornatas esse secundum cyclos annorum 63.

1. A diluvio Ogygio usque ad Cecropem regibus Attica caruit per annos 189 sive 3×63 , uti testatur Eusebius in Præpar. Evang. 10, p. 489, per annos 190, ut idem minus accurate dicit in Chron. lib. I, p. 133 ed. Mai et in Cramer. Anecd. Par. 2, p. 137 (1).

2. Cecropidæ et Erechthidæ reges quattuordecim sec. Excerpta Barbara regnarunt annos 441 sive 7×63 . Ex singulis codicis numeris colliguntur anni 443, qui cum reliqua laterculi ratione (quam vide infra) non quadrant. Quare Demophonti pro 35 annis nonnisi 33 anni ex Eusebio adscribendi fuerint.

3. A Cecrope usque ad expeditionem Trojanam vel etiam, licet minus recte, usque ad excidium Ilii numerabantur anni 378 sive 6×63 . Apud Castorem pertinent usque ad annum excidii (1586-1208 a. C.). Similiter apud Eusebium in præfatione p. 9 ed. A. Schœne (Berolin. 1866) legitur: *A Cecrope usque ad captivitatem Trojæ anni CCC[L]XXVIII sec. codd. AP; anni CCC[L]XXVIII sec. cod. B.* In utroque numero excidisse signum L in aprico est. In Canone ex singulis regnorum annis summa colligitur an. 375, cujus rei causam infra videbimus. Sed in ipso etiam Canone computus quem præfatio habet, eo indicatur, quod nomini Cecropis secundi in plurimis codd. adscribuntur anni 44, qui cum reliquis numeris efficerent summam an. 379, dum ipse laterculus nonnisi 40 Cecropis annos recenset. — In Excerptis Barbaris anni 378 pertinent usque ad Menesthei annum decimum quartum, quo sec. Eusebii Canonem suscepta est expeditio Trojana. Sec. Marmor Parium expeditio incidit in Menesthei annum decimum tertium, sive an. 1218 a. C., an. Marm. 954; verum quum pertineat potius ad an. 1217 a. C., componenda erat cum Menesthei anno decimo quarto. Barbari igitur laterculus computo nititur quo sex cycli numerabantur a Cecrope usque ad annum expeditionis 1217, quamquam ipse auctor aliam æram Trojanam (an. 1193) adoptavit. — In Marmore Pario sec. Seldeni editionem Cecropis annus primus est an. Marmoris 1318, qui ab anno excidii Trojani 945 (9×63) distat annis 373. Sed ipse Seldenus fatetur in hac Marmoris parte; quæ nunc deperdita est, literarum

ut qui plurimum minimumque tradunt, CCCXCIV°. Verba postulant ut duæ memorentur æræ Trojanæ, quarum altera fuerit usitatissima illa apud Romanos potissimum scriptores, qua excidium Trojæ ponitur in an. 1184 vel 1183, a. C., 431 vel 430 ante 753. Excidium quod 394° anno ante 753 contigerit (an. 1146 a. C.), a veterum calculis abhorret. At bene res habet, si centenarii numeri signum in Eutropio excidisse statuamus; sic enim duas æras Trojanas 63 annis inter se distantes nanciscimur. Scriptum igitur fuerit: *post Trojæ excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, [C]CCCXCIV° [aut CCXCXXXI°]*. Idem centenarii numeri signum alio loco excidit in Orosio 2, c. 4, ubi: *Anno post everisionem Trojæ CCCXCIV°* (leg. CCCXC[C]IV), *Olympiade autem VI°* (i. e. Ol. 6, 3, ut ap. Eutrop.) *Roma... condita est (753+493=1246)*. Novit sane Orosius (1, 17) vulgarem æram Trojanam (an. 1183), qua ab urbe condita ad Ilium captum anni 430 numerantur. Eundem vero in mythicarum rerum temporibus etiam auctore usum esse, qui annum excidii Trojani posuit 1246, vix est dubium. Sic a Cecrope usque ad Trojani belli vel initium vel finem numerari solent anni $6 \times 63 = 378$; Orosius vero 1, 9 Amphictyonis regnum posuit annis 810 ante Ol. 6, 3. 753=1563 a. C. Quot annos dederit Cranæo et Cecropi non constat quidem, sed tot fere dederit quot apud Eusebium habemus (59). Secundum hæc Cecropis annus 1 foret 1622. Ratio cyclica postulat an. 1624=378 ante 1246. Inde ad Ogygium diluvium Attici numerabant annos 189, adeo ut ab anno 1624 proficiscentes nanciscamur annum 1813, qui an. 753 distat annis 1060, MLX, pro quibus in Orosii editionibus librorum errore legitur MXL.

(1) In Canone diluvium Ogygium notatur ad an. Abr. 260, Cecropis annus primus ad an. Abr. 461. Intercedunt anni 199. Nimirum cycli sex, qui sunt a Cecrope usque ad Troica, Eusebii auctor computavit ita ut exirent in annum excidii Trojæ; computandi vero rectius erant usque ad annum expeditionis. Quo facto pro annis illis 190 nanciscimur annos 189.

elementa adeo detrita fuisse, ut vel perspicillorum usu vix agnosci potuissent. Itaque nullus dubito quin unam literam haud recte Seldenus legerit, et Cecropis annus non fuerit ΧΗΗΗΔΠΙΙΙ, 1318, sed ΧΗΗΗΔΔΙΙΙ, 1323. Sic usque ad Trojæ excidium labuntur anni 378, ut apud Castorem et Eusebium, et non modo annus excidii Trojani, sed primus etiam totius chronici annus cyclis integris ab anno Diogneti archontis distat. Iste Diogneti annus (264 a. C.) nulla re gesta in historiarum annalibus insignis. Quodsi nihilominus auctor Chronici ad hunc annum supputationes suas direxit, propterea hoc fecit quod inde ab Atticorum regum initio usque ad Diogneti archontatum tres cyclos maximos ($3 \times 441 = 1323$) absolvi statuit (*). Qua de re haud dubie monuerat in primis Marmoris versibus, ex quibus præter paucorum verborum ruinas nihil habemus superstes.

4. Ab expeditione Trojana usque ad finem Thymœtæ computabatur anni 63; nam capta Troja est, sec. Hellenicum (fr. 143) Demophontis anno primo, Demophonti vero ejusque successoribus Erechthidis in Eusebii Canone attribuuntur anni 54.

5. Ab anno expeditionis Trojanæ, 1217 a. C., usque ad mortem Codri, 1092 a. C., in Excerptis Barbaris habes annos 126, 2×63 . Eisdem annos 126, sed ab excidio Trojæ exputatos, præbet Castor. Consequitur eos, qui ab expeditione Trojana usque ad finem Erechthidarum 63 annos numerabant, alteros 63 annos dedisse Nelidis regibus, Melantho et Codro. Pro hisce annis 63 cur in Eusebio et Exc. Barb. nonnisi 58 anni ponantur, videbimus infra.

6. Archontibus perpetuis Eusebius lib. I, p. 130 tribuit annos 315, 5×63 . In Canone sunt anni 316.

7. Archontes perpetuos et septem archontes decennales a nonnullis ita compositos esse, ut conjunctim sex cyclos sive an. 378 complerent, patet e Castore, qui ita rem adornavit ut essent :

$$\begin{array}{r} \text{archontum perpetuorum anni } 308 = 5 \times 63 - 7 \\ \text{archontum decennialium anni } 70 = 63 + 7. \end{array}$$

Nam quod in codice Eusebii pro numero CCCVIII exaratur CCCVIII, apertum est vitium.

8. Archontes septem decennales cum antecedentibus historiæ Atticæ epochis ita a nonnullis junctos esse, ut summa conflaretur annorum 882, sive duorum cyclorum maximorum (2×441), liquet e numeris Castoreis, necnon ex Joanne Antiocheno (fr. 13 in Fr. H. 4, p. 547), ubi codex vitio manifesto habet : ἐπράττει τὰ πάντα ἔτη 285' (982) pro ἔτη 286' (882).

Quamvis igitur regum et archontum laterculi qui ætatem tulerunt, in diversas quique partes abeant, tamen comparatione docemur eos omnes e fundo communi profectos esse, in quo insigniores historiæ Atticæ epochæ ratione cyclica ita definiabantur ut inde a Cecrope usque ad Charopem archontem cycli tredecim sive anni 819 colligerentur (**) hunc in modum distributi :

(*) Nescio an similis generis fuerit Chronicon græcum marmori inscriptum, cujus fragmentum repertum in agro Romano. Vid. Henzen, *Eine neuentdeckte griechische Zeitafel*, in *Rhein. Museum, Jahrgang*, IX, p. 161-178 (an. 1853). In hoc chronico res supputantur ab an. 16 p. C. Pars servata usque ad Solonis tempora pertinet; deperdita quousque processerit, haud liquet. In averso marmoris latere ἀνάγνωσον exstat. Equum ducit vir inermis. Post hunc viri armati incedunt habitu placido. Dein alius equi caput conspicitur. Vestitum virorum nonnullorum orientalem esse censet Garucci Neapolitanus, monente Henzenio. Conjecerim representari Æneæ adventum in terram Latinorum. Advenisse autem Æneas dicitur post captum Ilium anno tertio sive 1181 æræ communis, qui foret marmoris annus 1197 ($1181 + 16$) = 19×63 . Ab Ilio autem capto (1184) usque ad an. 16 p. C. duodecim complentur sæcula, sive tot annos quot Romam duraturam esse Varronis ætate vates Etruscus prædixerat (Censorin. 17, 15).

(**) Sponte intelligitur nullam hoc loco rationem habendam esse computi adulterini, ex quo Cecropis annus primus est 2162 a. C., sive 22×63 ante Olymp. 1, apud Clementem, ut supra monui.

		A. C.	A. C.
		Sec. comput Atticum.	Sec. Troj. æram Olympicam.
Regum solitudo.	Ogygium diluuium.	1760	1784
	189 = 3 × 63.		
Cecropidæ.	Cecrops.	1571	1495
	378 = 6 × 63.		
	Expeditio Trojana.	1193	1217
	63.		
Nelidæ.	Melanthus.	1130	1154
	63.		
	Medon.	1067	1091
Archontes perpetui.	315 = 5 × 63.		
	Charops.	752	776
Archontes decennales.	70.		
	Creon.	682	706

Hoc computi Attici quasi *πρωτότυπον* in Eusebio, Castore, Excerptis Barbaris et Marmore Pario compluribus modis variatum est. Variati autem computi causæ ex eo repetendæ sunt

1. Quod nonnulli belli Trojani æræ Atticæ (1193) substituerunt æram Olympicam (1217).
2. Quod cycli sex, qui sunt a Cecrope ad Troica, non computantur ab anno expeditionis Trojanæ (1193), sed ab anno excidii urbis (1184 vel 1183), idque ita ut aut summa annorum 819 decem vel novem annis minuatur, aut, servandæ rationis cyclicæ causa, totidem anni in posttrojanis temporibus addantur.
3. Quod nonnulli duos computos miscent, priores epochas secundum Trojæ æram Olympicam computantes, deinde vero insertis annis viginti quattuor ad computum Atticum transeunt.
4. Quod decennialium archontum tempus, quod a temporis spatio cyclis definito excludebatur, et ipsum in computum cyclicum recipiunt, adeo ut a Creonte ad Cecropem sint anni 882 (2 × 441). Quo facto in antecedentibus epochis vetus computandi simplicitas turbatur.
5. Quod septem archontum decennialium annos alii septuaginta, alii nonnisi sexaginta octo fuisse statuunt.

Qui disertis verbis archontum decennialium tempus produunt, Eusebius, Barbarus, Castor et Vellejus 1, 8, annos septuaginta iis assignant; at fuisse qui aliter statuerent, e Nicolao Damasceno (in Fr. H. 3, p. 386) liquet, quippe qui Hippomenem propter facinus in filiam commissum magistratu excidisse perhibet. Hoc vero accidisse post exactum muneris annum octavum, adeo ut archontum anni 68 colligantur, propterea statuendum est quod in Marmore Pario Creontis annus non est an. 682, sed 684 a. C. (*), et quod Nelidis regibus a nonnullis pro 63 annis dantur an. 58 sive 63-5, qui respondent archontum annis 68 sive 63+5; scilicet quinque annis qui in archontum tempore cyclum excedebant, demti sunt Nelidarum cyclo, ut summa annorum cyclicæ conservaretur. Eodem denique pertinere videbimus quod Pausanias in archontum decennialium tempore quinque annis a vulgari computo discedit.

(*) Eodem refero quod apud Euseb. Chron. lib. I, p. 138 Mai. legitur: *Et primus quidem annus princeps fuit Creon vicesima quarta Olympiade* (Ol. 24, 1=684 a. C.). Idem sane in Canone Creontem ponit in an. Ol. 24, 3. 682; at inde haud sequitur eundem etiam libro primo minus accurate significari, quum sæpius liber primus a Canone dissentiat. Sic supra jam vidimus de Cecropidarum annis alia libro primo, alia in Canone exhiberi. Africanus ap. Syncellum p. 212, 2 et in Exc. Barbaris Creontis annum 883, inter 684 et 682 medium, selegit, eumque secuti sunt Clinton et Fischer in tab. chron. Quo quidem conciliandi studio nihil nos lucratur, et veteres computi obscurantur. De aliorum sententiis ab Africano ap. Sync. allatis, ex quibus Creontis annus est aut Ol. 19, 1. 704 aut Ol. 25, 1. 680, videbimus postea.

Eusebii et Castoris et Barbari canones computo nituntur, quo tempus archontum decennialium cum antecedentibus historiæ periodis ita junctum erat, ut a Cecrope usque ad Creontem anni 882 sive duo cycli maximi conficerentur. Itaque quum archontum dec. anni 70 aut 68 cyclum excederent annis septem aut quinque, totidem anni aut archontibus perpetuis (ut ap. Castorem), aut Nelidis (ut ap. Euseb. et Barb.) aut Cecropidis demendi erant. Auctor vero ex quo Eusebianus regum catalogus derivatus est, a vetere computo eatenus recessit quatenus primos sex cyclos, qui a Cecropis anno primo usque ad *initium* belli Trojani (1193) pertinebant, ad *finem* usque belli (1184) numeravit, adeo ut a Cecrope ad Creontem non amplius essent anni 882, sed an. 873. Totidem etiam e Canone Eusebiano colliguntur, quamquam non ad amussim singula exacta sunt, quod quidem apud senioris ævi Chronicón scriptores, quos interior harum computationum ratio latebat, nemo mirabitur. Computavit Eusebius hunc in modum :

Cecropidæ	1555	—	1127 a. C., an.	429; debet	432.
Nelidæ	1126	—	1069.	58; . . .	56 (63—7)
Arch. perp.	1068	—	753.	316; . . .	315
Arch. dec.	752	—	683.	<u>70</u> ; . . .	<u>70</u> (63+7)
Creon	682			<u>873</u>	<u>873</u>

Videlicet laborat Canon eo quod archontibus perpetuis attribuit annos 316 pro 315 (5×63), quot recte exhibentur Eusebii libro primo. Deinde si Nelidis dantur anni 58 (63—5), archontibus decennialibus dandi erant anni 68 (63+5), ita ut Creontis annus esset 684, Ol. 24, 1, uti legitur libro primo; sin his dare voluit annos 70 (63+7), Nelidis dandi erant 56 (63—7). His igitur vitiis quum accidisset ut abundarent anni tres, eos detraxit Cecropidis, quibus pro annis 432 (441—9) dedit 429, ita ut usque ad annum capti Ilii non essent 378 (6×63), uti recte dixerat libro primo, sed 375, et annus capti Ilii non esset 1184, sed 1181.

Reges Cecropidæ.	An.	Abr.	A. C.	
1. Cecrops I.	50		461 1555	
2. Cranaus	9 59		511 1505	
3. Amphictyon.	10 69		520 1496	
4. Erichthonius.	50 119		530 1436	
5. Pandion I.	40 159		580 1436	
6. Erechtheus	50 209		620 1396	
7. Cecrops II.	*40 249		670 1346	44 in titulo.
8. Pandion II.	25 274		710 1306	
9. Aegeus	48 322		735 1233	
10. Theseus.	30 352		783 1231	
11. Menesthei an.	1 353		813 1203	
	11 363		823 1193	[Exp. Troj.]
	14 366		826 1190	Exped. Troj.
an. ultimus.	23 375		835 1181	Troja capta.
12. Demophon.	33 408		836 1180	(anno 379 sec.
13. Oxyntes	12 420		369 1147	lib. prim.).
14. Aphidas	1 421		881 1135	
15. Thymætes	8 429		882 1134	
<hr/>				
Reges Nelidæ.				
1. Melanthus	37		890 1126	
2. Codrus	21 58		927 1039	
<hr/>				
Archontes perpetui.				
1. Medon.	20		948 1068	
<hr/>				
2. Acastus. 36 56 968 1042				
3. Archippus 19 75 1004 1002				
4. Thersippus. 41 116 1020 993				
5. Phorbas *31 147 1064 952 30 sec. p. 130.				
6. Megacles. 30 177 1095 921				
7. Diognetus. 28 205 1125 891				
8. Pherecles. 19 224 1153 863				
9. Ariphton. 20 244 1172 844				
10. Thespius 27 271 1192 804				
11. Agamestor 20 291 1219 797				
12. Aeschylus an. 1 292 1239 777				
an ultim. 2 293 1240 776 Olymp. I. 1				
an ultim. 23 314 1261 751				
13. Alcæon. 2*316 1262 754 315 sec. p. 139.				
<hr/>				
Archontes decennales				
1. Charops 10 1264 752 Ol. 7, 1.				
2. Aesimides. 10 20 1274 742				
3. Clidicus. 10 30 1284 732				
4. Hippomenes. 10 40 1294 722				
5. Leocrates. 10 50 1304 712				
6. Apsander 10 60 1314 702				
7. Eryxias. 10 70 1324 692				
<hr/>				
Creon. 1334 682 Ol. 24, 3.				

CANON CASTORIS.

Castor in Chronicis ubique utitur Trojani belli æra Olympica (1217-1208), et in cyclis supputandis ab excidii anno 1208 profiscitur. De Athenarum regno numeros Castoreos Eusebius libro primo (p. 134 Mai) ita tradidit, ut uno anno ab iis quos computi ratio postulat, recedant (*):

Cecropidæ	an.	450,	debebat	451	}	504 (8 × 63)
Nelidæ.		52. . . .		53		
Arch. perp.		309. . . .		308	}	378 (6 × 63)
Arch. dec.		70. . . .		70		
		881		882		(2 × 441)

Jam quum a Cecrope usque ad captum Ilium (1208) anni 378 numerandi sint, computus Castoris ita habet :

An. 1. a. C.	1586	}	378 (6 × 63.)
	1209		
Cecropidæ an. 451.	378	}	63
	379		
	441		
Nelidæ an 53.	442	}	10
	445		
	451		
Arch. perp. an. 308.	452	}	63
	452		
	1135		
Arch. dec. an. 70.	504	}	53
	1033		
	505		
Creon.	1082	}	308
	812		
	775		
	774	}	70
813			
774			
	882	}	378 (6 × 63.)
	705		
	883		
			704 sive Olymp. 19, 1.

Novit hunc computum Africanus, ex quo Syncellus p. 212, B tradit nonnullos Creontis annum assignasse Olympiadi 19. Ex eodem Africano Eusebius hauserit. Quodsi quis Castoris computum ad Atticam Trojæ æram transtulit et anno 1208 annum 1184 substituerit, omnia 24 annis inferiora evadunt et Creontis annus est 680, sive Olymp. 25, 1. Fuisse vero qui ita statuerunt, idem Africanus l. l. testatur. Ceterum vides Castorem, quamvis priores sex cyclos usque ad *excidium* Trojæ numeraverit, sicut Eusebius, nihilominus summam cyclicam annorum 882 eo conservasse, quod in posttrojanis temporibus decem annos adderet, Cecropidis pro 441 annis tribuens annos 451.

Si quis illum computum Atticum, quem tanquam *πρωτότυπον* supra posui, ad æram Olympicam transferat, Ogygii diluvii et Cecropis et Charopis epochæ ab annis 1760. 1571. 752 transponendæ sunt in annos 1784. 1595. 776 a. C. Ac fuisse qui diluvium Ogygium an. 1784 accidisse statuerent, licet probare. Eodem enim anno contigisse credebatur quo exitus Judæorum, qui refertur ad initium dynastiæ XVIII regum Ægyptiorum. Jam si excidii Trojæ annum ponamus 1184 a. C., Menæ annus primus, qui ab illo erat 4421^{mus} (Cf. supra p. XXXVI), est 5604 a. C., dynastiæ vero I-XI regnarunt an. 2300, dynastiæ XII-XVII, sec. Exc. Barbara, an. 1520; igitur initium dynastiæ XVIII et exitus Judæorum et diluvium Ogygium pertinent ad annum 1784 (5604-3820) (**).

(*) Longius recedunt qui in Canone Euseb. ad Abr. an. 885 p. 56 ed. Schæne exhibentur anni 449 et 58 pro 450 et 52.

(**) Ab hoc anno 1784 (1008 ante Ol. 1) non multum recedit Africanus, qui computum græcum ad suam chronologiam Judaicam deflectens Ogygium diluvium accidisse statuit an. 1796 sive 1020 ante Ol. 1 (an. 1797 sec. Exc. Barb.). Syncellus p. 63, C (p. 121 ed. Bonn.): Οὐλοῦν τῶν α κ' ἐτῶν τῶν μέγρι πρώτης Ὀλυμπιάδος ἀπὸ Μωυσεώς τε καὶ Ὀγύγου ἐκκειμένων, πρώτῳ μὲν ἔτει τὸ πάσα καὶ τῶν Ἑβραίων ἔξοδος ἢ ἀπ' Αἰγύπτου, ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ ὁ ἐπὶ Ὀγύγου γίνεται κατακλυσμός· καὶ κατὰ λόγον τῶν γὰρ Αἰγυπτίων ὀργῆ θεοῦ χαλάσαι τε καὶ χειμῶσι μαστιζομένων εἰκὸς ἦν μέρη τινὰ συμπάσχειν τῆς γῆς, ὅτε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν Αἰγυπτίους ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν, ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένων... Ταῦτα ὁ Ἀφρικανὸς ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ φιλαληθῶς καὶ ἐμμελερτύως ἱστοῶν κτλ. Eusebius Pr. Ev. 10, 10, p. 489: Ἀπὸ Ὀγύγου, ἐπ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας... κατακλυσμός, Φερωνέως Ἀργείων βασιλεύσαντος, μέγρι πρώτης Ὀλυμπιάδος..

Quod attinet Charopis epocham ab an. 752 sive Ol. 7, 1 ad an. 776 sive Ol. 1, 1 translata, monere liceat haud casu fortuito fieri, ut Charopis annus sit etiam annus Romæ conditæ, urbis autem origines ab aliis Olymp. 7, 1, ab aliis Olymp. 1, 1 adscriptas esse (Vid. infra).

CANON BARBARI.

In Excerptis Barbaris duo computi miscentur. Quamvis ipse Barbari auctor Atticam belli Trojani æram (an. 1193) adoptaverit, fonte tamen usus est, in quo regum tempora secundum æram Olympicam (an. 1217) supputati erant, deinde vero, ut ad Atticum computum transitus fieret, archontum perpetuorum tempus 24 annis auctum est. Igitur a Cecrope ad Creontem esse debent anni $882+24=906$ (1590-685 a. C.), quorum loco Barbarus collegit annos 907 (1590-684), uno anno aberrans. Similiter in singulis epochis quibusdam ab accurato computo paullulum recedit, hunc in modum :

	Cecropidæ	1590 — 1150 a. C. an.	441
	Nelidæ	1149 — 1192.	58
	Arch. perp.	1191 — 754.	338
	Arch. dec.	753 — 684.	70
	Creon	683	907
Debebat vero :	Cecropidæ	1590 — 1150 a. C. an.	441
	Nelidæ	1149 — 1192.	58 (63—5)
	Arch. perp.	1191 — 753.	339 (5×63+24)
	Arch. dec.	752 — 685.	68 (63+5)
	Creon	684	906

Ceterum regum et archontum laterculum ita habet :

ἔτη συνάγεται .ακ'... Ταῦτα γὰρ οἱ τὰ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες Ἑλληνικός τε καὶ Φιλόσοφος οἱ τὰς Ἀθηναίων οἱ τε τὰ Σύρια Καστωρ καὶ Θάλλος, καὶ Διόδωρος Ἀλέξανδρος τε ὁ πολὺστον καὶ τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκριθέστερον καὶ τῶν Ἀττικῶν ἀπάντων. Eusebius haud dubie abusus est Africano, qui de Ogygis epocha variorum scriptorum ab Eusebio memoratorum sententias varias pro more suo commemoraverit. Tantum vero abest ut scriptores illi de diluvio Ogygio in an. 1796 ponendo consenserint, ut eorum ne unum quidem hunc annum, quippe qui a Græcis computis prorsus alienus sit, exputasse crediderim. At bene nosti morem Ecclesiasticorum, qui ut fidem verbis suis adstruant, testium nomina autō τῷ θυλάκῳ temere effundere solent. Thallus Ogygem Beli Assyrii æqualem et annis 322 τοῦ Διακοῦ πολέμου προγενέστερον fuisse statuit (v. Fr. Hist. 3, p. 518). Castor ὁ τὰ Σύρια, in *Assyriorum* chronologia Ogygem Beli æqualem non annis 1020, sed, sicuti Varro, mille trecentis ab Olympiade prima disjunxit. Quodsi ab hoc distinxit Ogygem Atticum, 189 annis ante Cecropis epocham ponendum, hic ponendus erat in an. 1775. Hæc quæ ita sint, patet auctoritatem loci Eusebiani esse nullam.

			A. C.	
<i>Cecropidæ.</i>				
1. Cecrops.....	50		1590	
2. Amphictyon.....	40	90	1540	
3. Erichthonius.....	10	100	1500	
4. Pandion I.....	50	150	1490	
5. Erechtheus.....	40	190	1440	
6. Cecrops II.....	53	243	1400	
7. Pandion II.....	43	286	1347	
8. Aegæus.....	48	334	1304	
9. Theseus.....	31	365	1256	
10. Menesthei an.....	1	366	1225	
.....	9	374	1217	
.....	13	378	1213	
.....	14	6 × 63		
.....	14	379	1212	
..... an. ultimus.	19	384	1207	
11. Demophontis an..	1	385	1206	
.....	14	398	1193	
.....	24	408	1183	
..... an. ultimus.	33*	417	1174	
12. Oxyntas.....	14	431	1173	
13. Aphidas.....	1	432	1159	
14. Thymoetas.....	9	441	1158	
		7 × 63		
<i>Nelidæ.</i>				
1. Melanthus.....	37	478	1149	
2. Codrus.....	21	499	1112	
<i>Archontes perp.</i>				
1. Medon.....	20	519	1091	
2. Acastus.....	39	558	1071	
3. Archippus.....	40	591	1032	
4. Phorbas.....	33	632	992	
5. Megacles.....	28	659	959	
6. Diognetus.....	28	687	931	
7. Pherecles.....	15	702	903	
8. Alciphron.....	22*	724	888	
9. Thespias.....	40	764	866	
10. Agamestor.....	26	790	826	
11. Thersippus.....	23	813	800	
12. Aeschylî an.....	1	814	777	
.....	2	815	776	
..... an. ultim.	[14]	827	764	
13. Alcmaeon.....	10	837	763	
<i>Archont. dec.</i>				
1. Charops.....	10	847	753	
2. Aesimides.....	10	857	743	
3. Clidicus.....	10	867	733	
4. Hippomenes.....	10	877	723	
5. Leocrates.....	10	887	713	
6. Apsander.....	10	897	703	
7. Eryxias.....	10	907	693	
Creon arch. an.			683	
				« Anno 208* egressionis primus in Athenis regnavit Cecrops. »
				Exitus Judæorum sec. Barb. pertinet ad 1797 (ad 1796 sec. African. ap. Sync. et Euseb.). — Belli annus I sec. Barb. est 2157 a. C., qui a Cecropis anno I distat annis 567 sive 15 × 63. — Exitus Judæorum componitur cum Leucippi Sicyoniorum regis anno 43. Ab Aegialei anno I (2111 a. C., 1008 (16 × 63) ante reditum Heraclidarum anni 1103 sec. Barbar.) usque ad an. 1796, cui Africanus reditum H. et exitum Jud. assignat, labuntur anni 315 (5 × 63).
				An. 1217 est expeditionis Trojanæ quæ incidit in Menesthei annum 14 (Cf. Canon Eusebil). In Barb. quum Nelidis pro 63 annis dentur 58, Cecropis anno I ab 1595 ad 1590, Menesthei annum 14 ab 1217 ad 1212 descendit. Recte vero sec. veterem computum usque ad Menesthei annum 14 colliguntur anni 378 sive 6 × 63.
				« A Solis ('Ιλιου) devastatione ad Ol. I anni 407. » Barb. Pro 33 in Barbaro legitur 35. Dedi 33 ex Eusebio; nam in uno alterove regno duobus annis erratum esse debet. .
				« A Cecrope ad Codrum anni CCCCXCIX (CCCCXCII vgo). »
				1091 = 2 × 63 post 1217; 5 × 63 ante Ol. I.
				Pro XXII legitur XXX. Mutavi ex Eusebio
				« Aeschylî anno secundo prima Olympias. Colliguntur vero ab initio regni Cecropis in primam Olympiadem anni octingenti XIV. » Aeschylî annorum numerus excidit.
				684. Ol. 24, 1 « Et cessavit regnum Athineorum in Olymp. 24. Fiunt vero omnem Athineorum fortitudinem (γίνεται δὲ πᾶν τὸ ἄθ. κράτος) a Cecrope usque Oxurium (ὡς Ἐρωτίου) anni nongenti septem. » Cf. Malelas p. 72, 12: Κατελύθη ἡ βασιλεία τῶν Ἀθηναίων κρατίσασα ἐτη 24', καθὼς Ἀφρικανός... ἐξέθετο.

In singulorum regnorum annis Barbarus ab Eusebio multum recedit. Inter reges nullum habet Cranaum (sicut neque Cranaum neque Amphictyonem novit Herodotus 8, 44), attamen non excidisse hujus regis nomen, ex annis Cecropidis attributis colligitur. In posttrojanis temporibus bis mutavi numerum ex Eusebio, ut quæ flagitabatur summa annorum conficeretur; nam de summa annorum 907 et de primo anno Cecropis 1590 omnem dubitationem præcidunt ea quæ ad Cecropis annum primum et Æschyli annum secundum adscribuntur et quæ ex Africano tradidit Malelas (*).

MARMOR PARIUM.

Marmor Parium Trojæ æra Olympica utitur. Cycli priores sex numerantur usque ad excidii Trojani annum 1209 (deb. 1208). De singulis regnis antetrojanis ubique fere auctor cum Eusebio fecisse debet. Ab excidio Ilii usque ad Charopem archontem numerandi erant an. 457 (1209-752), qui quomodo distributi fuerint, ex ipso Chronico non patet, veri tamen simillimum est Cecropidis posttrojanis datos esse annos 54, uti est apud Eusebium, adeo ut omne Cecropidarum tempus sit annorum 432 (441-9). In sequentibus ut transitus fieret ab æra Olympica ad Atticam, inserendi erant anni 25 (quoniam tot anni sunt inter 1209 et 1184), quos auctor Marmoris, sicuti Barbarus, inseruerit: annis archontum perpetuorum. Quo concesso, sequitur Nelidis relinqui annos 63 sive cyclum integrum, atque archontum decennialium tempus a computo cyclico exclusum esse. Igitur quum Troja sec. Marm. capta sit an. 1209, anni epocharum ita habebunt:

Cecrops . . .	1587	}	432
Melanthus . . .	1155		
Medon . . .	1092	}	63
Charops . . .	752		
Creon . . .	684	}	340 (5 × 63 + 25).

Sin accuratius Trojam captam posueris in an. 1208 (**), numeri sunt: 1586. 1154. 1091. 752.

(*) Hæc non monuissem nisi aliter prorsus statueret J. Brandis in Dissertatione *De temporum græcorum antiquissimorum rationibus*, (Bonn. 1857) p. 12 sqq. Is enim supplendo et mutando et transponendo efficit ut pro 907 colligantur anni 922 et Cecropis annus primus non sit 1590 sed 1606. A Cecrope usque ad Menesthei finem colligit annos 397, inde ad finem Thymætæ 59, inde usque ad Charopem 396. Hæc sic constituta sunt eum in finem, ut additis annis 189, qui a Cecrope ad Ogygis diluvium numerabantur, nansiscamur fere annum 1796, quem Ogygio diluvio vindicavit Africanus ap. Syncellum et Eusebium loco supra laudato. Ac quoniam in diversissimorum scriptorum cumulo, quos omnes ita computasse Eusebius hariolatur, etiam Hellanicus et Philochorus recensentur, Brandis laterculum, quale ipse confecit et Barbaro obtrusit, pro Hellanici computo venditare conatur. Epochæ igitur ex ista opinione ita habent:

Ogyges . . .	1794	}	189
Cecrops . . .	1605		
Capta Troja . . .	1209	}	396 (pro 397).
Melanthus . . .	1149		
Charops . . .	753	}	60 (pro 59).

Rationem fictæ hujus computationis Brandisius in lusu lepidissimo positam esse vult, quo a Cecrope ad Ilium captum iidem sint anni 396 qui, interjecto sexaginta annorum spatio, deinceps numerentur a Melantheo ad Charopem. Quantum ego video, fecerunt veteres, quod nos quoque facimus, sc. incertioris memoriæ spatia majora rotundis sive eyclieis annorum numeris definiunt; neque quidquam est cur meris ludibriis indulgentes præter omnem rationem ineptias iis æffingamus. Ceterum ut istos numeros Brandis obtineret, primum post Cecropem intulit Cranaum eique novem annos ex Eusebio dedit; deinde Menesthei annos 19 mutavit in 23 et Alcmaeonis annos decem in duos transformavit ex Eusebio. His vero commissis, quum Olympias 1 ad Æschyli annum secundum referri non posset, Thersippo annos 14, Æschylo autem 23 dedit. « Quæ omnia, ait, certissima sunt, quippe quæ duplici summa annorum 814 et 907, quam excerptor computavit, comprobantur. [Quo tandem pacto? nam Brandis hos numeros flocci fecit]. Apparet enim ea menda non interpretis barbari, sed codicis esse, quem Scaliger adhibuit. » Quibus refellendis immorari non est operæ pretium. Similiter vero per omnem Græcorum chronologiam mirum in modum Brandisius debacchatus est.

(**) Loci quibus uno anno Marmor a genuino computo aberrat, haud pauci in Chronico occurrunt. Bœckhius censet auctorem modo numerum epochæ alicui adscriptum a Diogneti anno detraxisse (uti par erat), modo unum annum ei addidisse. Ego locis, quibus uno anno erratur, eandem negligentiam causam subesse credere malim atque illis, quibus duobus vel tribus annis in tempore historiæ luce claro auctor a vero recedit.

684. In hoc computo Marmoris annus 813 (1077 a. C.), quo Neleus colonias Ionicas deduxisse traditur (ep. 27), Medontis annus est decimus sextus, cujus loco lapicidæ sphalmate exaratum legitur Μενισθέως τρισκαδικαίου έτους, quæ verba ex antecedentibus, ubi epocha expeditionis Trojanæ memoratur, perperam repetita sunt, uti recte monuit Palmerius. Bœckhius verba τρισκ. έτους servavit, satis habens pro Μενισθέως scripsisse Μέδοντος. Tum vero Medontis annus primus foret 1189 et anni isti viginti quinque, qui in posttrojanis supplendi erant, partim inter archontes, partim inter reges antecedentes distribuendi forent. Quod quum artificiosius sit, parum mihi probatur.

COMPUTI IRRATIONALES.

Videmus eos qui archontum decennialium annos 70 vel 68 in computum cyclicum receperunt et a Creonte ad Cecropem 14×63 annos numerarunt, Cecropis epocham septem vel quinque annis inferiorem posuisse quam ponenda erat ex vetere computo, quo 13×63 anni erant a Charope ad Cecropem. Sic v. c. vetus Cecropis annus 1571 (13×63 ante 752) evasit annus 1566 vel 1564, si quis 14×63 annos exputavit inde a Creontis anno 684 vel 682.

Jam vero supra exemplis probavimus existitisse falsam aliquam chronologiam, qua archontum et rerum gestarum tempora septem vel quinque annis justo antiquiora ponerentur. Vitiosi hujus computi origo sponte cuique sese offert. Repetenda scilicet ex eo est quod cyclos illos quattuordecim non computabant a Creontis anno, sed a vetere epocha Cecropis. Igitur quum calculus subducendus esset hunc in modum

$$682 + 882 = 1564 \text{ annus 1 Cecropis,}$$

illi, permutato termino a quo, calcularunt :

$$1571 - 882 = 689 \text{ annus Creontis (**).}$$

In hac computatione fieri potuit ut una cum archontum annis etiam æra belli Trojani eodem septem vel quinque annorum numero a justa sua sede dimoveretur, et v. c. ab anno 1193 in annum 1200 transmigraret. Ejusmodi æram (1200-1191) suppeditat Vellejus 1, 8 qui Romanam conditam esse dicit Ol. 6, 3. 754-53 a. C. post Trojam captam annis 437.

DE ANNO ROMÆ CONDITÆ.

Ceterum ex Charopis archontis epocha, quæ in Attica chronologia primas partes tenet, plurima etiam eorum pendunt quæ de anno conditæ Romæ urbis ferebantur. Hæc enim aperte a græcis chronologis profecta sunt, neque explicari ratione probabili possunt, si quis græcam chronologiam a cæcis Romanorum temporibus procul habendam esse cum Mommsenio opinetur. Nituntur συγχρονισμῶν chronologiæ mythicæ simplicitati accommodatissimo : primus rex cum primo archonte decenniali, ultimi regis expulsio cum expulsionem Pisistratarum componitur. Computi vero varietas quæ de Romuli epocha apud Romanos scriptores obtinet, ea est quæ de Charopis anno primo occurrit vel ex legibus chronologiæ Atticæ interpretationem habet facilem.

1. Secundum genuinum computum Atticum Charopis archontis et Romuli regis annus primus ponitur uno cyclo maximo post expeditionem Trojanam (1193-441; 1184-432) sive Olymp. 7, 1. 752-751, et Roma condita est Palilibus sive d. 21 Aprilis an. 751. Hæc Urbis æra, quam Cato, Dionysius, Apion, Eusebius, Solinus adoptarunt, quamvis non sit usitatissima, tamen quatenus computum simplicissimum reddit, ceteris præferenda foret. Quodsi nonnulli, ut Polybius et Cornelius Nepos, pro anno 751 ponunt an. 750, id ex eo derivandum videtur quod in calculis subducendis auctores hujus computi ab anno 1183 proficiscuntur, aut quod urbis annum primum a potiori posuerunt eum, ad quem decem menses anni Olympici pertinent.

(**) Similiter aliæ computationes irrationales locum habere poterant, prout quis summam annorum, quæ a Cecrope ad Creontem pertinens in variis computis varia erat, a Cecropis epocha aliqua numeravit quæ ab hæc annorum summa aliena erat.

2. Jam si belli Trojani æræ Atticæ (1193) substitueris æram Olympicam (1217) viginti quatuor annis ab illa distantem, anno 752 correspondet annus 776, Ol. 1, 1, quo Romam conditam esse tradunt schol. Vatican. Eurip. Troad. 330: Τινές φάσι καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καρχηδόνα (*) ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος κτισθῆναι, et auctor Syncelli p. 262: ... ἀπὸ μὲν πρώτης Ὀλυμπιάδος καὶ αὐτῆς ἀρχομένης, καθ' ἣν Ῥωμύλος Ῥώμην κτίζει (**). Hæc quum ab iis quæ usu apud Romanos recepta erant, longe recedant, vulgo ne commemorantur quidem, quamquam ad perspicuendas variorum computorum rationes magni momenti sint.

3. Olympica belli Trojani æra Castor quoque utitur, ita tamen ut cycli semper computentur ab anno excidii 1208. Quare Romæ conditæ annus non est 1217—441=776, sed 1208—441=Ol. 3, 2. 767-766 a. C, uti colligimus ex Eusebio p. 21, 7 Mai, qui Castorem refert Romam conditam dixisse annis 704 (244+460) ante annum M. Valerii Messalæ et M. Pisonis, qui consulatum gessere *Theophimo* (ἐπὶ Θεοφίμου aut Θεοφίλου?) *archonte Athenis* (***). Consulatus initium pertinet ad

(*) Ad correspondentem annum 752, Olymp. 7, 1 Carthaginis origines refert Apion ap. Joseph. C. Ap. 2, 2 (Fr. Hist. 3, p. 509, fr. 3).

(**) Quemadmodum Romæ et Carthaginis initia, sic etiam initium regni Macedonici ad Olymp. 1, sive 776 a. C refertur ap. Syncell. l. l. et in regum laterculis apud Euseb. p. 170 et p. 255. Caranus igitur Heraclida regnum suscepit 5×63 annis post reditum Heraclidarum anni 1091 (1217-126). Sec. alios regum Mac. Catalogos in Canone Eusebii Carani annus primus est 812, i. e. 5×63 post reditum Heraclidarum anni 1127 (1217-90). Vide Porphyrii fr. in Fr. hist. 3, p. 693. Alios de his aliter statuuisse ex discrepantia testimoniorum, quæ sunt de ætate Phidonis, qui frater Carani erat, colligitur. Sic v. c. in Marm. Par. ep. 30 Phidon ponitur in Marmoris anno 630 (894 a. C.) sive 5×63 post excidium Trojæ (an. Marm. 945, a. C. 1209).

(***) Corrupta esse quæ Eusebius de Castoris computo tradit, et ita mutanda videri ut Castor faciat cum Diodoro, quippe qui Castore usus esse videatur, quoniam Diodorus sicuti Castor annos 244 regibus tribuat, præter rationem opinatur Collmann *De Diodori fontibus*, p. 40 (Lips. 1869). Ex quoniam auctore Diodorus fastos suos consularos petiverit, dictu difficile. De Castore non posse cogitari vix est quod moneatur. Apollodorum singulorum annorum consules in metrico suo chronologiæ compendio recensuisse per est improbable. Porro dum Apollodorus eo peccare solet quod res ponit septem annis ante quam poni deberent, in contrariam partem peccat is qui Diodoream consulum seriem confecit; nam consules qui apud Livium sunt annorum 486-375 a. C., in Diodoro ad annos Atticos 480-367 pertinent (Vid. Th. Mommsen *Röm. Chronol.* p. 125). Roma sec. Diodorum ap. Syncell. condita Ol. 7, 2. 751-50; reges regnarunt annis 244; Sp. Cassius et Proculus Virginius, qui sec. æram Varronianam ap. Liv. consules erant reipublicæ anno vicesimo quarto sive 486 a. C., ap. Diodorum magistratum gessere Ol. 75, 1. 480. Denique Roma a Gallis capta sec. Diodor. an. 387, non vero an. 390. Jam si anni Romani et anni Attici differentiam missam feceris, incongrua hæc hunc in modum digerenda videntur. Rerum Romanorum narrationem Diodorus sumsit ex auctore, qui Romam conditam dixit an. 750, indeque ad Romam a Gallis captam (387) numeravit annos 363, quot Livius sec. æram Varr. numeravit ab anno 753 ad 390. Ex alio fonte adsciti sunt fasti consulares, quibus, ut cum Mommsenio censeo, hæc subest computatio:

an. 747 a. C. Roma condita ex æra Fabii.

244 anni regum ex æra Varr. (753-509).

an. 503 a. C. consulum annus 1.

480 consulum annus 24tus; sec. æram Varron. an. 486 a. C.

Fasti igitur e mixtis Fabiano et Varroniano computis temere conflati sunt, iisque inepte jungitur rerum narratio, in qua chronologica ex tertio computo pendet. Reliqua quæ huc pertinent, nunc nihil curo.

Pauca subjungere liceat de auctore, ex quo Diodorus et hinc Eusebius, p. 168 ed Mai, tempora gentium recenset quæ inde a Trojæ excidio usque ad Xerxis in Europam transitum maris imperium tenuerint. Diodorum sua petiisse e Castore, coætaneo natu majori, quippe quem ἀναρχρῆν τῶν θαλασσοκρατήσαντων libris duobus scripsisse Suidas dicat, opinantur plurimi, ut Goodwin Americanus (*De potentia veterum gentium maritimæ epochis* ap. *Eusebium. Gotting.* 1855, p. 53). Unger (*Chronol. d. Manetho*, p. 240), Collmann l. l. Conjectura hæc in trivio posita refellitur rationibus chronologicis. Primi, Eusebius ait, mari imperarunt Lydi seu Mæones per annos 92, deinde Pelasgi, quorum primus annus est 1088 a. C. Lydorum ergo initium pertinet ad an. 1180 a. C., qui excipit annum 1181, quo Trojam captam perperam statuit Eusebius. Quodsi Canonis computum vitiosum correxeris et Trojam captam posueris in an. 1184, Pelasgorum annus primus est 1091 (5×63 ante Ol. 1) sive epocha reditus Heraclidarum ex sententia Ephori et Sosibii Laconis. Vix igitur dubium ex mente auctoris Mæonibus id ipsum assignari spatium quod ab Ilii excidio ad Heraclidarum descensum pertinet. Hoc autem e vetere computo non erat annorum 92, ut suæ ipsius æræ Trojanæ causa Eusebius posuit, sed annorum 80, ut ipse Eusebius eo indicat quod in Canone primus Lydorum annus ponitur an. Abr. 848, a. C. 1163, qui ab an. 1088 non distat annis 92, sed 80. Hinc patet auctorem hujus laterculi Ilii excidium retulisse ad an. 1071 (1091×80), sicut fecisse scimus Sosibium, ac fecisse etiam Ephorum conjecit Bœcklius (*C. Inscr.* 2, p. 327), cujus viri sententiam tanto probabilior esse dixeris quo certius sit Diodorum in hac historiarum parte vestigia legisse Ephori, qui de Æginetarium potentia maritima verba faciens etiam ceteras gentes quæ inde a Troicis mari polluerint, recensere potuit. Nihilominus nescio an. Chronici Sosibii, qui Ptolemæi Philadelphii tempore scripsit, Diodorus usus sit. Certe in Laconem scriptorem apprimè cadit, quod inter τῶν θαλασσοκρατήσαντων præter expectationem celebrantur etiam Lacedæmonii, quibus quasi honoris causa biane maris imperium conceditur. Quod Castorem attinet monuisse sufficit excidium Ilii et

Januar. mensem an. 61, archontatus initium ad Julium m. an. 62. E Castoris sententia computandum est : $62 + 704 = 766$.

4. Qui Creontis annum 684 a. C. ponebant, ac decennialibus archontibus tribuebant annos septuaginta, iis Charopis annus primus erat Ol. 5, 3. 754-753 a. C., cui respondet urbis conditæ æra Varroniana.

5. Ex Africano novimus Creontis annum nonnullis fuisse 680, Ol. 25, 1. Prouti igitur archontibus dec. dantur anni aut 70 aut 68, Charopis epocha est aut an. 750 aut 748. Anno Olympico 748-747 (Ol. 8, 1) correspondet urbis æra Fabiana.

6. Superest singularis computus Cincii Alimenti, quem Dionysius (1, 74) Romæ origines retulisse tradit ad Ol. 12, 4. 729-728 a. C., qui annus ab æra Varroniana distat annis 25, sicuti ab æris annorum 751 et 750 annis 24 et 25 distat computus quo Roma condita est Ol. 1, 1. 775. Hunc ortum esse vidimus eo quod belli Trojani æræ Atticæ (1193) substituebatur æra Olympica (1217). Præterea vidimus nonnullos, Olympicam æram cum Attico computo jungentes, pro annis 882, qui pertinerent a Cecrope ad Creontem, posuisse annos $882 + 24$ sive 906, quorum loco Africanus computavit annos 907. Jam si quis annos istos 906 vel 907 numeravit ab ea Cecropis epocha, a qua, ut staret computus, nonnisi anni 882 numerandi fuissent, sequitur Charopis et Creontis epochas 24 aut 25 annis a justa sua sede in inferiora tempora dimoveri. Ejusmodi computatione irrationali niti suspicor quæ e Cincio refert Dionysius (*).

Igitur quæ hucusque recensui, ex eodem omnia computo profecta sunt. Alia ratio est eorum quæ de Romæ conditæ epocha eo Timæo et Ennio afferuntur. Ex antecedentibus liquet nonnullos iisdem annis Ol. 7, 1 et Ol. 1, 1, quibus Roma condita fertur, etiam Carthaginis natalia vindicasse perperam. Translatum hoc esse videtur ex antiquioribus scriptoribus Græcis, qui earundem urbium origines alio modo composuerant. Condita vero Carthago ex quorundam sententia 378 sive 6×63 annis post æram Troj. sive uno cyclo ante Romam conditam, i. e. ex simplicissimo computo Attico an. 63 ante 752=815 sive 39 an. ante Olymp. 1; ex Romano computo sec. urbis æras usitatissimas an. 63 ante 751 vel 753=814 vel 816 a. C. Eutropius conditam dicit an. 670 ante 146=816, 63 ante 753; Vellejus vero 65 annis ante Romam cond., i. e. 65 ante 751, quamquam ipse Vellejus urbem conditam statuit an. 753. (Idem 1, 12 pro accuratiore numerum rotundum annorum 60 posuit, Carthaginem stetisse dicens annis 667 ($146 + 667 = 813 = 60$ ante 753). Eandem computum e Timæo tradit Dionysius 1, 74 : Τὸν δὲ τελευταῖον τῆς Ῥώμης γενόμενον οἰκισμὸν... Τίμαιος ὁ Συρακίωτης, οὐκ οἶδ' ἔγω κανόνι χρώμενος, ἀμα Καρχηδόνι κτιζομένη γενέσθαι φησι, ὁδὸν καὶ τριακοστῶ πρότερον ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος (814 a. C.). Annum 38^{num} Dionysius dixerit annum Romanum, cujus priores menses duo incidunt in annum Olympicum 815. — Ceterum quaeritur num Timæus computaverit a Chærobi Olympiade (776), an ab ea quam Lycurgi sive Iphiti fuisse statuit an. 926 (V. *Fragm. Chron.* p. 120). Hoc si statuas, Carthago et Roma conditæ sunt an. 965 a. C., 6×63 post an. 1343 sive Timæi æram Trojanam, sicuti annus 815 est $= 6 \times 63$ post æram Troj. an. 1193 (*).

Heracidarum reditum ab eo poni in ann. 1208 et 1128. Ceterum complures exstitisse τῶν θαλασσοκρατησάντων catalogos vario modo adornatos ex Hieronymo intelligitur. Is enim postquam ad an. Abr. 1009 (1008 a. C.) tertio loco Thracas inare obtinuisse cum Eusebio dixerat, deinde denuo Thracum imperium maritimum memorat an. Abr. 1055 (962 a. C.), neque hoc esse Hieronymi additamentum e collato Syncello, p. 340, 17 patet. Idem Hieronymus imperii Pelasgici initium non ponit cum Eusebio in an. Abr. 928, sed in suo Abr. anno 960, i. e. 1057 a. C., 2×63 post 1183. Thracum annus primus ei est 962 a. C., qui a Pelasgorum anno primo, quem Eusebius exhibet, 1088, distat item annis 2×63 , qui quidem computandi potius fuerint ab eo Pelasgorum initio quod ipse Hieronymus posuit an. 1057 a. C., adeo ut in an. 931 a. C. descendat initium imperii Thracici, cui nonnisi 19 annos tribuit, dum 79 annos exhibet Eusebius.

(*) Quodsi sumamus Cincium primos consules retulisse ad Ol. 67, 4, regum anni forent 221 vel 220. Tot vero Cincium regibus dedisse, ut numero rotundo istud temporis spatium comprehenderet, Mommsenius (*Rom. Chron.* l. I.) censet; nimirum annos 220 explere duo sæcula annorum 110; ejusmodi autem sæcula quum Cæsaris demum ætate facta essent, computum hunc fraude quorundam Cincio Alimento afflictum esse.

(*) Miror Mommsenium (*Rom. Chron.* p. 136) qui nullus dubitat quin Timæus, quippe qui (fr. 23) fabulam de Didone noverit, Romam ab Ænea conditam esse statuerit, temporum vero incongruentiam nihil curaverit. Timæi

Simili computo niti suspicor quæ de Ennii calculis prodit Varro De re rust. 3, 1 : *Vetustissimum oppidum in agro Romano Roma, quam Romulus rex; nam in hoc nunc denique est, ut dici possit, non cum Ennius scripsit* : « *Septingenti sunt paullo plus aut minus anni, Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.* » Igitur Ennius, qui Annalium librum XII vitæ anno 67mo, 173 a. C. scripsit, Romam conditam statuerit inter an. 870 et 880. Si eligere annum licet, cogitarim de anno 878 (5×63 post 1193), qui Carthaginis et Romæ conditarum esse poterat, sicut alia epocha Carthaginis conditæ erat an. 894 (5×63 post 1209) (*).

et Troji Pompeji narratio de Didone quæ principis Libyci nuptias aversata in rogi flammæ se conjecerit, diversa prorsus est ab illa quam hinc natam habes apud Virgilium. Nullus ibi Æneæ locus erat, neque esse poterat, nisi res 368 annis inter se distantes temere junxisse finxeris scriptorem, quem *μαγίστην πρόνοιαν τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας πεποιθῆσθαι* dicit Diodorus, 1, 5.

(*) De variis computis, qui huc pertinent, dixi in Geogr. Min. I, p. XX. — Mommsen l. l. p. 152 postquam dixerat Föbium et Nævium et Ennium nullos novisse Albanos reges præter Æneam et Ascanium et Amulium et Numitorum, adeo ut tempus ab Æneæ adventu ad conditam Romam præterlapsum sæculo comprehendere potuerit, addit Ennii versus ita intelligendos videri « dass von dem hohem Götterwahrspuch, der mit Lavinium's Gründung auch zu Rom den Grund gelegt hat, bis auf des Dichters Zeit ungefähr sieben Secula verstrichen seien. » Vereor ne hæc nimis ingeniosa sint. Ego non sapio ultro Varronem, qui Ennium de Roma a Romulo condita verba fecisse statuit. Ephorus num de anno Romæ conditæ aliquid tradiderit necne, nescio; nec debebam in Fr. Chron. huc trahere locum corruptum Hieronymi p. 69 ed. Schœne, ubi ad an. Abrah. 1104 (912 a. C.) et an. 3 Agrippæ (Agr. an. 1 sec. Euseb.) legitur : *In latina historia hæc ad verbum scripta reperimus : Agrippa apud Latinos regnante Homerus poeta in Græcia claruit, ut testantur Apollodorus grammaticus et Ephorus (Euphorbus, Euphorbius codd.) historicus ante urbem Romam conditam annis CXXIII, et ut ait Cornelius Nepos ante Olympiadem primam ann. C.* Hæc ad annum cui adscripta sunt nihil pertinent. Sec. Gellium (17, 20) vero Cornelius in Chroniceis Homerum floruisse dixit ante Romam conditam (750) *annis circiter centum et sexaginta*, i. e. circa an. 910 a. C., sive Agrippæ anno tertio sec. Euseb. Canonem, anno primo sec. Hieronym. Præbetur hoc testimonio id quod locus Hieronymi sibi flagitat. Igitur pro C legendum CXXXIV (776+134=910). Apollodorus Homeri epocham assignavit an. 944 a. C., ut præter alios ipse testatur Hieronymus ad an. Abr. 914. Claruit ergo poeta ante urbem conditam an. CXCHIII. Is numerus facile abiit in CXXIII. Quo commisso errore, sciolus quidam pro CXXXIV scripsit C, ut utroque numeros inter se conciliaret fere. Ceterum annus 944 ab Agrippa Hieronymi alienus est, neque credideris ipsum Apollodorum vel Ephorum Homeri epocham cum Agrippæ Latini regno suis quibusdam calculis composuisse. Igitur locus Hieronymi incongrua tanquam congrua exhibet. Culpandus videtur excerptor Corneli. Dixit Cornelius Homerum floruisse ante Olymp. 1 annis CXXXIV, at sec. Apollodorum et Ephorum ante u. c. an. CXCHIII; excerptor scripsit quasi Cornelius pro ut dixisset et. Ephorum laudasse videtur Apollodorus. Annus 944 duobus cyclis s. annis 126 distat ab anno 1070, cui Ephorus reditum Heraclidarum sec. Clementem, vel, ut nobis videtur, primum annum Eurysthenis regis assignavit (v. supra p. 38 not. 5). — Apollodori mentione injecta, ἐν παρόδῳ moneo Apollodori libros περὶ γῆς et Chronicorum libros in unum corpus conjunctos fuisse videri, adeo ut geographica præmitterentur chronologicis, quemadmodum Ephorus geographicos libros historicis præmiserat. Sic enim si statueris, explicari possunt difficultates de quibus dixi in Prolegg. ad Geogr. Min. tom. I, p. LXXIX.

CRITOBULUS.

Critobulus Imbrius (*), qui Mechemetis, potentissimi Turcorum imperatoris, historiam condidit, licet ipse rerum sui temporis pars quaedam fuerit nec ignotus homo delituisse videatur, nulla tamen a coëvis scriptoribus et in eodem argumento versantibus ejus mentio injicitur, nec quidquam de eo compertum habemus præter ea quæ ipse de se prodidit. Summa horum momenta paucis comprehendam.

Capta Constantinopoli (d. 29 Maii 1453), quum nuntius rei Italorum navibus in Imbrum et Lemnum et Thasum venisset, metus omnes incessit ne Chamuzas Turcorum navarchus Callipoli in propinquas insulas trajiceret ac pessima quæque forent perpetienda. Itaque archontes quos Constantinus insulis præfecerat, illico fugam arripuerunt, et Lemniorum pars in Cretam et Chium et Eubœam abiit, nec non cetera multitudo alio sedes transferre meditabatur. Quo cognito, Critobulus, ut impetum terroris inhiberet, trepidantes hortatus est ne de salute desperarent. Simul virum fidum cum donis clandestino ad Chamuzam amandavit, ab eoque obtinuit ut nullo insulæ damno afficerentur. Deinde sacerdotem Imbriorum et alium civitatis primorem ad Mechemetem misit qui deditionem insularum ac tributorum pensionem offerrent. Comiter exceptis rex concessit ut, servato qui antea fuerat rerum statu, Imbrus Palamedi, Ænî urbis principi, Thasus vero et Lemnus Dorieo, Mytilenes domino, subjectæ manerent. Ceterum Critobulus, ne solus hæc sua industria effecisse videatur, subjungit Palamedem quoque et Dorieum de eadem re legatos misisse, quos viri ab ipso missi maximopere adjuvissent (3, 75 p. 108).

Initio anni 1456, Dorieo Palamedis filio et successore res novas moliente, ditio ejus a Turcis occupata et Ionuzes navarchus Imbrum appellens Critobulo nostro præfecturam insulæ commisit. Καὶ πῆψας ἀγγελον (Ἰωνούζης) μετακαλεῖται Κριτόβουλον καὶ παραδίδωσιν αὐτῷ τὴν τε νῆσον πᾶσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ φρούρια ἄρχειν τε καὶ φυλάττειν (2, 16, 1 p. 114).

Æstate anni sequentis 1457 Ludovicus a Callixto III pontifice in mare Ægæum missus ut insulas a Turcis occupatas in potestatem redigeret, postquam Samothrace et Lemno potitus erat, Comitem nescio quem cum decem triremibus Lemno in Imbrum solvere jussit, ut hanc quoque insulam sibi adjungeret. Κόντος δὲ, Critobulus 2, 23, 2 ait, ἀρικόμενος ἐς Ἰμβρον ἕν ταῖς δέκα τριήρεις (*), λόγους προσφέρει Κριτοβούλῳ τῷ ταύτης ἐπάρχοντι περὶ ἐνδόσεως τῆς νήσου, ἐγχειρίσας αὐτῷ καὶ

(*) Κριτόβουλος ὁ νησιώτης; τὰ πρῶτα τῶν Ἰμβριατῶν, τὴν ἐγγραφὴν τήνδε ζυγγραφε Ib. 1, 1 p. 54; Κριτόβουλος δὲ Ἰμβριώτης ὁ καὶ ταύτη ἐγγράφας, 3, 14, 1 p. 128. Nomen gentile Ἰμβριώτης, quod τοπικὸν fuisse videtur, alibi me legere non memini. Similiter e nominibus in os desinentibus formantur Ἠπειρώτης, Ἰήτης. Quod attinet istud τὰ πρῶτα, cf. Herodot. 6, 100 : Αἰσχίνης ἰὼν τῶν Ἐρετριῶν τὰ πρῶτα, id. 9, 77 : Λάμπων Αἰγινητίων τὰ πρῶτα. V. Bähr, ad Herod. l. l., Steph. Thes. s. v. πρώτη p. 2151, D. — Alius sequioris ævi Critobulus est auctor homiliæ de passione Domini, cujus exemplar olim fuit in bibliotheca Scorialensi. Vid. catalogos librorum gr. Scor. a Barroëtio et Nicolao de la Torre confectos in hod. codd. Scorial. E, VI, 15 et X, I, 6 et hinc apud Emmanuelem Miller in *Catalogue des mss. gr. de l'Escurial* p. 521 et 375. — Cosetaneus nostri historici fuit Κριτόπουλος qui apud Thomam Peloponnesi despota medicum munere functus esse videtur, et eo fere tempore quo Thomas in Italia diem obiit (12 Maii, 1465), cum filiis despota Anconam venit. Vid. epistola Bessarionis Cardinalis (d. 9. Aug. 1465) ap. Phrantzem p. 416-423, in qua pædagogus et Critobulo medico cura puerorum illorum commendatur. Noster quoque Critobulus non ignotus fuit despota Peloponnesi; nam frater Thomæ Demetriud, Imbrum et Lemnum insulas a Turcis sibi dari cupiens, ea de re literis adiit Critobulum et hoc juvante quæ cupiebat obtinuit. Fortassis Critobulus et ipse medicus fuerat penes satrapam aliquem Turcicum, sicut apud reges Persarum Ctesias, Democedes, Apollonides. Virum a rei medicæ scientia non alienum prodere videtur pestis descriptio (5, 18 p. 160), quam, si voluisset, etiam accuratorem exhibere potuisset, ut colligitur ex verbis : Τοιοῦτον δὲ τι καὶ τὸ εἶδος τῆς νόσου, ὡς ἐμοὶ γι κατεβάνη τὰ πλείονα παραλιπόντι. Idem Jagupem, Mechemetis medicum, non introducit absque præconio quod collegam sapit, ἄνδρα vocans σοφὸν καὶ τὰ πρῶτα τῆς τέχνης φέροντα, ὅση περὶ τὰ πρακτικὸν καὶ φαινόμενον ἔχει, καὶ ὅση περὶ τὸ θεωρητικὸν καὶ δογματικὸν, καὶ δὴ καὶ μέγα δυνάμενον παρ' αὐτῷ (4, 5, 4 p. 141).

(**) Cópias hostium nescio an de industria Critobulus justo majores prodiderit. Sec. Ducam p. 338 Ludovicus non nisi undecim sec. Critobulum vero triginta triremes in mare Ægæum adduxit.

γράμματα περὶ τούτου τοῦ Λοδοβίκου. Κριτόβουλος δὲ δέγεται τοῦτον φιλοφρόνως, καὶ πολλὰ δωρησάμενός τε καὶ λόγοις ἡμέροις καὶ προσηνέσι δεξιωσάμενος, πάσῃ τε ἄλλῃ χρησάμενος ἐς αὐτὸν θεραπεία, ἀποπέμπει μετ' εἰρήνης ἀρκεσθέντα τοῖς λόγοις τοῖς παρ' αὐτοῦ καὶ μηδὲν ζητήσαντα περαιτέρω μηδὲ πολυπραγμονήσαντα θλίως ἢ περὶ ὧν ἤκέτι διαπραξάμενον. Ἐγχειρίζει δὲ αὐτῷ καὶ γράμματα ἐς Λοδοβίκον, οἰκονομίαν ἔχοντα καὶ φιλίαν δευκύντα. Καὶ ἀποπλεῖ καὶ οὗτος ἐς Ῥόδον. Tecte his indicare videtur quod apertis verbis eloqui pudebat. Nam in historiarum opere quod Turcorum ἀρμοστής Mechemeti dedicavit, hæc nihil aliud significare possunt nisi Criticulum, quum resistendo se imparem videret, simulasse se Latinorum partibus favere, simul vero persuasisse Comiti ex re fore si inpræsentiarum Imbrii quietem agerent, ac sic deceptum donisque demulsum Ludovici legatum re infecta abiisse. Ceterum dubitatio subnasci possit num reapse ita res habuerit, siquidem Chalcocondylas p. 469 præter Thasum et Lemnum et Samothracen etiam Imbrum insulam a Latinis tunc occupatam esse, paullo post vero, quum classis Latinorum Rhodum rediisset, Lemnum et Imbrum ab Ismaele, Thasum autem et Samothracen a Zagano, Turcorum ducibus, in ditionem esse redactas. Attamen cum Critobulo facit Ducas p. 338, qui de Imbro Turcis erepta nihil prodidit.

Ineunte anno 1459 Lemni præsidia Italorum ægre ferentes, imprimis vero timentes classem Turcorum (*), cui arcendæ et propulsandæ Itali non sufficerent, pellere peregrinos milites et Turcis reddere insulam decreverunt, consiliumque cum Critobulo communicarunt. Is igitur fide a Lemniis accepta, ut ad regem rem deferret, Adrianopolim profectus est. Hinc Demetrio Peloponnesi despota scripsit opportunum jam adesse tempus expetendi sibi a rege Lemnum et Imbrum; haud enim regem adversari neque Italos impedimento fore, utpote Lemno jamjam expellendos. Itaque Demetrius, qui paullo antea de acquirendis istis insulis literas ad Critobulum dederat, Asanen legatum Adrianopolim misit, qui, præsentem et juvante Critobulo, a rege obtinuit ut insulæ despota annuum ter mille aureorum tributum pendenti concederentur. Post hæc Critobulus literis regiis munitus rediit Imbrum. Inde post unius diei moram in Lemnum trajiciens excubias Italorum fefellit et a Castriotis amicis in castellum receptus est. Postero die cum viginti quinque equitum manu in Cotzini oppidum per portulam clam ingressus Italos præsidarios ad deditionem adegit iisque in Eubœam abire permisit. Dehinc ad Michaellem Palæocastri præfectum legatum misit qui arcis deditionem postularet. Repulsam ferens quadringentos equites et trecentos pedites eduxit, quibus cedere coactus Michael arcem se traditurum esse promisit postquam Magnus Magister in Rhodo tum degens deditionem approbaverit. Quem in finem mora trimestris concessa est. Res peractas Critobulus literis Demetrio nuntiavit ab eoque archontes petivit quibus Lemni oppida traderet. Ipse in insula remansit usque dum exeunte anno 1459 arcem Michael dedidisset (3, 15).

Post hæc nulla amplius Critobuli mentio in historiis exstat; vix tamen dubium, quin sub Demetrii quoque auspiciis Imbriorum archontis munere functus sit usque ad auctumnum anni 1466, quo Victor Capella, Venetorum classis præfectus, Imbrum et Lemnum occupavit, uti referunt Phrantzes et Marcus Sanuto (v. Zinkeisen *Gesch. d. osman. R.* 2, p. 313). Critobulus de his quidem nihil prodidit, utpote quæ ad Mechemetis historiam minus pertinerent, attamen narrat (5, 15, 2) hieme hujus anni quum Veneti fœderis pangendi causa Byzantium venissent, Mechemetem ab iis postulasse ut Imbrum et Lemnum redderent. Illi vero tunc non modo insulas non reddiderunt, sed anno 1468 sub Nicolao da Canale duce etiam nova iis præsidia imposuere nec non Ænum urbem incendio deleverunt (v. Zinkeisen l. l. p. 315). Deinde autem quum anno 1470 insignem cladem passi Eubœam insulam deserere cogerentur, etiam Lemnum et Imbrum eos anisisse consentaneum est.

Ni fallor, Critobulus an. 1466, Imbro a Venetis capta, Constantinopolim abiit, ibique historias quas Imbriorum archon (τῶν Ἰμβριωτῶν τὰ πρῶτα, 1, 1) in patria scribere cœperat, ante annum 1470 ad finem perduxit. Etenim quum pestem, quæ æstate an. 1467 Constantinopoli sæviebat,

(*) Chalcocondylas l. l. Ismaelem classis præfectum Latinos Lemno expulsisse dicit. Cum Critobulo dicendum erat metu classis Lemnios adductos esse ut ipsi Latinos pellerent

testis oculatus descripserit (v. 5, 18), eamque per Macedoniam et Thraciam et vicinam Asiæ minoris partem propagatam dicat, insulas vero maris Ægæi invasisse non dicat, jure tuo inde colligas Critobulum tunc in continente degisse. Porro quum historiarum annus postremus 1467 non modo pestilentia calamitosus, sed rebus contra Albanos male gestis etiam inglorius esset, haud substiturus in eo fuisset auctor regis famæ studiosissimus, si Venetorum cladem internecivam an. 1470, qua gloria et potentia Mechemetis summum fastigium attingit, colophonem operi imponere potuisset.

De ratione operis, quod libris quinque res a Mechemete per annos septendecim gestas complectitur, ipse auctor in epistola exponit, qua regi Turcorum historias dedicat atque, si præsens studiorum specimen probatum fuerit, etiam ea quæ deinceps deus Mechemeti perficienda dederit, literis se consignaturum esse pollicetur. Idem in proœmio priorem quoque Turcorum historiam, quippe quæ hucusque haud recte tractata sit, peculiari scripto prosequi sibi propositum esse dicit. Num reapse opus Critobuli in manus regis venerit, et quonam animo ab illo exceptum sit, et num promissis suis auctor steterit, nescimus. Ceterum sensit Critobulus quanta sibi crimina crearet homo græcus idemque laudator regis barbari qui summarum Græcis calamitatum auctor exstitit et cui cœvni scriptores nullas non inurebant notas infamiæ, τύραννον δυσσεβῆ vocantes, ἐχθρὸν παμμίαρον, δλετῆρα τοῦ γένους ἡμῶν, ἀνίχριστον, ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ, μαθητὴν τοῦ σατανᾶ, δαίμονα σαρκόβόρον et si quid hisce crudius (*). Criminationes istas avertere Critobulus (1, 3) studet, longe se abesse asseverans ut gentis suæ infortuniis ex rerum humanarum natura et sortis inconstantia repetendis insultare velit, historici vero munus esse τὸ προσῆχον σώζειν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Ac sane nusquam religionem genti suæ debitam violat et fata Constantinopolis proluxa threnodia prosequitur. Immo, si quid ab hac parte in historico desideretur, id in eo potius positum est quod vitia quibus Byzantinorum imperium laborabat, non satis sensisse videtur neque intellexit non tam inconstantiam quam quasi justitiæ sortis deberi, ut juvenilis gentis viribus everteretur tandem regnum senile et decrepitem et putredine diffluens rerum publicarum et plebis degeneris, quæ in summo discrimine salutem patriæ misellis altercationibus postposuerit. At quo minus premebatur rerum græcarum imbecillitas, tanto magis extollebatur virtus regis victoris, quem celebrandum Critobulus sibi sumserat, cuique προσκυνήσας δοῦλος εὐτελής historias suas tanquam obsequii testimonium captandæ benevolentiam causa offerre meditabatur. Sponte hinc colligas τὸ τὴν ἀλήθειαν σώζειν certis contineri finibus, quos migrare conditio et consilia auctoris vetabant, neque quidquam in illo opere proferri quod labem regi adspargere et lædere posset aures patroni iracundi. Sic Critobuli opus colore suo et tenore mirum quantum discrepat a Phrantzæ et Ducæ et Chalcocondylæ historiis, quæ ex adversariorum castris profectæ sunt et ex hac origine sua quædam vitia traxerunt.

Dispositione operis Critobulus Thucydidem imitatus seriem rerum secundum annos, singulorum vero annorum partes hiemis, veris, ætatis et auctumni tempestatibus accurate distinguit (**). Ab

(*) Inter hos palmam tulisse videtur Pusculus poeta, qui in Constantinop. 2, 261 mores Machmeti ita pingit :

*Vita fuit diffundi corpore vasto,
in facinus quodcunque rapi de more serino,
credere nihil velitum, placitum quodcunque licere,
ducere nec turpi quicquam discernere honestum,
quod brutis nativa vetat, non turpe putare;
justitiæ infensus; pietas sibi nulla fidesque,
sed fraudes inerant animo; non sædera firma
noverat, incertus promissis, perfidus, asper,
perjurus, fallax, furibundus, fervidus ira,
terribilis cupiens cunctis dirusque videri,
gaudere a teneris humano sanguine, multa
cæde virum læto pasci super omnia vultu;
venerat in mentem quidquid servebat obire,
si crudele foret; ferro sibi cuncta domare
sperans, hostis erat pacis, fera bella placebant
semper, et infensum Christi sub pectore nomen
impius imprimis gentili more ferebat.*

(**) Mensem semel memorat lib. 1, c. 71, ubi Maii m. die 29 Constantinopolim captam esse dicit.

eodem Thucydide locutiones mutuari adamat tum in rerum gestarum narratione tum vero in duabus illis regis orationibus (1, c. 14 sqq. et c. 48 sqq.), quæ passim centonibus Thucydideis consarcinatæ sunt. Ceterum a pressa Thucydidis dictione longe abest Critobulea verbositas, tanto molestior illa quum variare loquendi formulas non satis auctor noverit. Imprimis hoc offenditur in præliorum descriptionibus quæ ad idem exemplar omnes efformatæ esse videntur nec tam historico conveniunt quam poetæ epico, qui strepitum, clamores, concursus ceteraque pugnarum terriculamenta verbis pingere delectatur. Sin hæc missa feceris, negari nequit Critobulum oratione simplici, perspicua, castigata nec nisi raris sequioris græcitatæ nævis offuscata (*) longe post se relinquere cœtaneos historicos, Phrantzem ajo et Ducam et Chalcocondylam, quorum hic, ut Immanuelis Bekkeri verbis utar, Herodoti imitator infelicissimus, dum Junonem captat, a nube adeo decipitur, ut sæpe ne ipse quidem quid dicere velit nosse videatur.

Jam quod fidem et auctoritatem scriptoris attinet, summopere se allaborasse Critobulus profitetur, ut accuratam rerum gestarum cognitionem sibi compararet. Πολλὰ μογήσας, inquit (epist. § 4), οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τοῖς ἔργοις ἐπέστην, ἵνα δὴ καὶ τὸ ἀκριβὲς τούτων εἰδείην, ἀλλ' ἱστορῶν τε ἅμα καὶ πυνθανόμενος τῶν εἰδῶτων καὶ ὡς ἐνῆν ἀκριβῶς ἐξετάζων, ξυντάττα τοῦτο τὸ βιβλίον. Attamen cōpias sic collectas interdum mancas nec ab erroribus vacuas fuisse ipsis historiis comprobatur. Haud raro enim accidit, ut personarum et locorum nomina haud recte tradantur et negligatur ordo rerum chronologicus. Sic Justinianus ille Genuensis, qui Constantinopolim contra Turcos defendit, ubique vocatur Justinus (1, 25 sqq.); pro Georgio Servizæ principe habes Lazarum (2, 6 sqq.) et pro Callixto Romæ pontifice prædecessorum ejus Nicolaum (2, 23), et pro Nicolao Lesbi principe Nicorezum (4, 11, 1). Minoris momenti sunt sphalmata geographica ex eo oriunda quod Critobulus, more eruditulorum Byzantinorum, nominibus quæ tunc usu terebantur, nomina antiqua temere substituit (**). Mochlium Peloponnesi castellum pro vetere Tegea venditat (2, 4); Monembasia ei est Epidaurus Limera; hodiernum *Erzeroum*, Chasanis Armeniorum regis sedem, Tigranocerta appellat (4, 4 et 6), quoniam ejus nominis urbem olim Armeniæ regiam fuisse inaudiverat; Drinum vel, ut in codice legitur, Βρῦνον cum vetere Erigone componit. Ad idem errorum genus referendum videtur quod Thomam Peloponnesi despotam Mantineam aufugisse dicit; quo urbis nomine *Abarinum* (veterem Pylum) significare voluerit. De neglecto temporum ordine vide quæ monui ad 1, 38. 2, 3 et 10. Alia quædam haud recte tradita, ut illa quæ sunt de Gennadio (2, 2) et de Jonuza (2, 3, 2), passim occurrunt. Ceterum hæc facile condonaveris; majorem labem dignitati historiarum auctor eo intulit, quod quæ Mechemetes minus prospere gessit aut odiose fecisse videri possit, silentio premit aut in gratiam patroni a vero detorquet. Sic statim initio operis fratricidium omisit, quo rex securitati suæ more Turcico prospiciendum esse putavit (V. not. 1, 4, 3). Deinde velavit cladem ad Belgradum acceptam, quam vel Turcius historicus Scadeddinus ingenuè fatetur (2, 17 sq.). Similiter omnia illa quæ de rebus contra Scanderbegum gestis narravit, tantopere recedunt a testium locupletissimorum narratione, ut auctoritatem eorum plane nullam esse appareat.

Quamvis igitur multum absit, ut Critobulus historici partes rite expleverit, vel sic tamen tantum est operis pretium ut nemo qui denuo res Mechemetis tractandas sibi sumserit, eo carere possit. Multa sane Ducas et Chalcocondylas et Phrantzes fusius et accuratius exposuerunt, haud pauca vero etiam Critobulus præbet quæ apud illos aut omnino non leguntur aut obiter solummodo perstringuntur. Ejusmodi sunt quæ narrantur de dispositione copiarum Turcicarum in obsidione Constantinopolis (1, 27), de fabricatione bombardæ maximæ (1, 29), de Mechemetis et Paltoglis expedi-

(*) Huc verbi causa pertinet quod ἐξ pro ἐν et vice versa ἐν pro ἐξ nonnullis locis usurpatur, et quod modo δτι πλείστον modo δτι πολύ dicat. Barbara vocabula non occurrunt præter τούφακας (*tufang* turcice, *fusils*) et πασία (*pachsa*). — Pro σύν et εἰς ubique reposui ἐν et ἐξ; nam in his auctorem Thucydidem se addixisse patet, adeo ut scripturæ inæqualitas, quam codex præbet, librariis imputanda sit.

(**) Quemadmodum Chalcocondylas sic etiam Critobulus Albanos, Hungaros, Walachos, Servios vocat Illyrios, Pæones, Dacos Getasque, Triballos.

tionibus contra Therapiam et Studii castellum et in Principum insulam (1, 32, 33), de rebus Imbri et Lemni (1, 75. 3, 14), de expeditione contra Ænum (2, 11-16), de Mechenetis itineribus per Thessaliam et Helladem et Peloponnesum (3, 5) et Armeniam (4, 4-5), de Ismaelis expeditione in Lesbum (3, 10), de peste anni 1567 (5, 18).

ADDENDA.

ARISTODEMUS.

Postquam nostra typis jam expressa erant, fragmenta codicis Parisini Wescherus odidit in libro qui inscribitur *Poliorcétique des Grecs* et deinde repetenda curavit in *Revue archéologique* 1868 et 1869, ac complures viri docti in variis diariis de iis verba fecerunt. Hinc enotabo quæ notanda mihi videntur, iisque de meo quædam interponam.

Cap. 1, § 2, p. 1, 10. μέρος τι ἔχων ἔχεν] μέρος τι ἔχόντων conjecit Hertlein in *Neue Jahrbücher für Philologie und Pædagogik*, vol. 98 p. 241. 1868. Verba γεφυρωθῆναι et ζεύγμα satis indicant de ponte, non vero de aggere sermonem esse. Quomodo intelligenda verba sint, e Justino liquet.

1, 4, p. 2, 5. συνεστηκυίας δὲ τῆς μάχης] Legendum puto ἐνεστηκυίας δὲ τ. μ.

1, 4, p. 28. ἐκπληττόμενος] ἐκπλήττων e communi loquendi usu scribi volunt Bücheler in *Neue Jahrb.* l. 1. p. 93 et Læhbach ibid. p. 242. Similiter c. 4, 1 προδώσειν pro προδώσεται et c. 11, 4 ὀρμηκώτων pro ὀρμηκένων reponi jubet Bücheler. Formæ istæ mediæ usque recurrentes non sunt furca expellendæ, sed serioris ævi scriptori condonandæ.

2, 7, p. 3, 19. ἀγωνίσονται] ἀγωνίσωνται? E. Miller in *Journ. d. Sav.* 1868, p. 322. Futurum bene habet.

Ib. p. 3, 20. κεκυρωμένων δὲ οὐδὲν ἰσχύων] κεκυρωμένον δὲ ο. l., *ne pouvant rien de persuasif*, Miller l. 1. Dicit auctor: nihil valens contra ea quæ in concione duces decreverant. ἰσχύω h. l. genetivo jungitur sicut κατισχύω. Quamquam exemplum in lexicis non reperio præter illud Aristoph. *Vesp.* 357: ἰσχυον αὐτὸς ἑμαυτοῦ. Si quid corrigendum foret, proponere ἀντίπρασσε τῶν κεκυρωμένων· οὐδὲν δὲ ἰσχύων.

2, 1. p. 4, 6. συμ[πεπει]κῶς καὶ αὐτός] συμ[πείσας] καὶ γὰρ αὐτὸς Wescherus e codicis literis partim evanidis elicit, quod certe corrigendum fuisset in σ. γὰρ καὶ αὐτός. Iterum codicem inspexi. Ex κῶς syllaba superest litera x et accentus, deinde vero legitur καὶ αὐτὸς, quod vel invito codice scripseris. συμπεπείκει γὰρ αὐτὸς proposuerat Bücheler.

Ib. p. 4, 13. τηρήσειν τε ὑποσχόμενος] τ. τ. ὑποδεχόμενος? Bücheler, ut vitetur ejusdem vocis repetitio.

2, 3. p. 4, 20. Ἀθήνας] Θήβας codex. De permutatione nominum Θῆβαι et Ἀθῆναι vide quæ citantur in Steph. *Thes.* v. Ἀθῆναι p. 829, D.

2, 5, p. 5, 25. τύγης] Nescio an fuerit λύσσης, collato Herodoto 9, 7, 1: ἔγνωσαν... Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον φανερώς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρεούσης οἱ αἰτίας, λυσσέοντά τε καὶ ἐκλιπόντα τὴν τάξιν ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα.

3, 2. p. 6, 7. σταδίους τέσσαρας τοὺς ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Μίλητον] Arn. Schæfer in *Neue Jahrb.* l. 1. leg. putat ἀπὸ Σάμου, adeo ut stadiorum numerus ad fretum inter Samum et Miletum interjectum referendus sit. Parum hoc probabile.

3, 2. p. 6, 14 ** γιγνομένης] Lacunam hisce verbis explet Bücheler: [θαυμαστὴ δὲ ἦν ἡ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν συντυχία] γιγνομένης κτλ.

4, 1. p. 6, 26. Lacunas Bücheler hunc in modum explendas censet: Πελοποννησιακὸν πόλεμον κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἔργα] ἐπράχθη, et deinde: ἐπειδὴ ἐξήλασαν τοὺς Πέρσας οἱ Ἕλληνας [ἐκ τῆς Εὐρώπης, καταφυγόντων τῶν βαρβάρων εἰς Σηστόν, etc. At Sestus quoque in Europa sita.

4, 1, p. 7, 5. ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων] ὑπὲρ τῶν ἔργων? Bücheler; ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας? Læhbach in *N. Jahrb.* l. 1. p. 82.

Ib. p. 7, 11 πρὸς αὐτὸν] πρὸσαυτὸν (sic) codex. Si mavelis πρὸς αὐτὸν cum Weschero, nihil refragor. Utrumque insolentius dictum pro εἰς α.

5, 1, p. 7, 21 οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι] Præstat quod Wescherus dedit: Λακεδαιμόνιοι δὲ.

6, 1, p. 9, 12. Πausan[α] Πausανίου conj. Læhbach, quo facile carebis.

7, 1, p. 10, 7. κατεσκευάζον [καὶ στρατὸν συνέλεγον καὶ] χρημάτων θησαυροφυλάκιον ἐποίησαντο ἐν Δῆλῳ, [ὡστέρω δὲ χρόνῳ π]άντα ἐκ τῆς Δῆλου τὰ συναχθέντα etc. Bücheler supplevit. In quibus vox πάντα a verbis τὰ συναχθέντα separata parum se commendat. Accedit quod αὐτὰ in codice accentu caret.

8, 2, p. 11, 5 ἑαυτοῦ] fort. librarii lapsu pro αὐτοῦ.

Ib. p. 11, 7 οἱ πρότεροι πεμφθέντες] οἱ πρότερον π. Bücheler. Malim et ipse, sed mutandi nulla necessitas.

8, 3, p. 11, 13 παραγεγόμενοι εἰς τὸ [αὐτὸ τέμενος καὶ] διπλῆν] Horum loco παραγ. καὶ αὐτοὶ [ὑπὸ τὸ τέμενος καὶ] διπλῆν Wescherus. Voces εἰς τὸ certæ esse codicem denuo inspicienti videbantur. Inclusa ex ipso codice erui nequeunt.

Ib. p. 11, 18 διεξήκει] sic recte etiam Wescherus, qui codicem præbere notat διεξειν, dum in menographo a Dübnero scripto est διεξεση. Bücheler conjecit ἐδειξεν.

8, 5, p. 12. 6. παύσασθαι] παύσεσθαι, et eodem modo cap. 10, 4 p. 13, 12 ὑπέσχετο χειρώσεσθαι pro ὑπ. χειρώσασθαι reponi vult Bücheler, præter necessitatem.

10, 4 p. 13, 10. αἴτιος [δηλώσας λύειν μέλλοντας τοὺς Ἑλ]ληνας Bücheler.

10, 5. ἐγγὺς ἤδη γενόμενος τῆς Ἑλλάδος. Hoc manifestum esse figmentum Minoidæ Minæ qui fragmentum nostrum fabricaverit, censuit Wachsmuth in *Rhein. Museum* 1868 p. 33. Ego de his dixi in *Goettingische gelehrte Anzeigen* 1869, *Januar*, p. 28 sqq. In Latinis pro *Minervæ Leucophryῆæ lege Dianæ L.*

11, 1, p. 13, 24. ἐγνωσαν καὶ] εἰς Μαγνησίαν scribi vult Bücheler.

11, 4, p. 14, 12. ἐπὶ τινος ποταμοῦ] ἐπὶ Νεῖλου conj. Læhbach, haud recte.

Ib. p. 14, 14. ἐκτραπεισῶν δὲ ν' νεῶν] οὐκ ἐντραπεισῶν δὲ ν' νεῶν, *indem sie das unbeachtet liessen*, Bücheler. Codicis verba sana sunt. Navigandum erat versus ostium Canobicum, naves vero illæ a recto cursu deflectentes in Mendesium Nili ostium delatæ sunt.

13, p. 16, 4 (ἐπὶ τοῖσδε) ἐφ' ᾧ] Casu factum ut verba ἐπὶ τοῖσδε tanquam ejicienda includantur. Inclusis verbis ἐφ' ᾧ, scribi volebam: ἐπὶ τοῖσδε· ἐντὸς etc.; nam sic demum ferri possunt qui sequuntur conjunctivi.

14-15 p. 16 sq. Cum his cf. scholium ad Hermogenem, quod supra p. XXVII apposui.

16, 1, p. 17, 14. αἰτία δὲ (καὶ) πλείονες]. Vox καὶ non erat uncis includenda. Cf. supra pag. XXVI.

16, 3, p. 19, 6. Κᾶθ'] Κᾶπειθ' codex habet, quod monere oblitus sum.

Ib. p. 19, 12 μήτ' ἐν ἀγορᾷ etc.] Versus refinxī secundum nostros Aristophanis codices. At recte, opinor, Bücheler censet refingendum potius esse hunc in modum:

ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν ἀγορᾷ [μήτε γῆ,
μήτ' ἐν θαλάττῃ] μήτ' ἐν ἡπίερω μένειν.

Sic una solummodo codicis lacuna est et melius verba procedunt quam in nostris Aristophanis codicibus.

17, 1, p. 19, 21 ἦν πόλις Κερκυραίων] ἦν πόλις [ἄποικος] Κερκ. Bücheler, recte fortassis.

17, 2, p. 19, 28 ἐχοντες πολὺ ναυτικόν] ὡς ἐχ. τὸ πολὺ ν. aut παρέχοντες πολὺ τὸ ν. ? Bücheler.

18, p. 19, 35 ἐπὶ ταύτῃ] ἐπὶ ταύτῃν Bücheler. Codicis scriptura nihil offensionis habet.

Ib. ἐξεπολιόρχησαν οἱ Ἀθηναῖοι] πόλιν addit Bücheler majoris perspicuitatis gratia.

EUSEBIUS.

Eusebii fragmentum post Wescherum, qui nonnulla jam emendaverat, separatim edidit plurimæque librorum sphalmata sustulit Theodorus Gomperz (*Zu den griechischen Kriegsschriftstel-*

lern. Wien. Gerold. 1868]. Deinde idem fragmentum denuo exhibuit Wescherus in *Revue archéol.* 1868, Jan. p. 403. De eodem denique dixit Lud. Dindorfius in *Neue Jahrb. für Philol.* 1869, p. 47 sq. et p. 122.

§ 1. ἐσθέειν] ἐσθειν codex, ἔσω Dindorf. l. l. p. 47, ἐσελθεῖν idem ib. p. 122. Utrumque a traditis literis longius recedit. — Ib. lin. 6. παρεχόμενον· οἱ] παρεχόμενοι cod.; παρέσχεν· οἱ Dindf., longius iterum recedens. Ceterum pro πολλοῖς... ἐζωγρημένους et ejusmodi aliis, si lubet, reponere licet formas ionicas πολλοῖσι etc. Ego de consilio his abstinui, quum in istis Herodoti simiis dialecti inconstantiam jam Lucianus riserit.—Ib. lin. 8. οὐτ' ἔτε] οὐχ ἔτε cod.; οὐκ τε Dindorf, probabiliter, quamvis, quum lacera oratio sit, nihil decernere possis.

§ 2. ... τὴν ὄψιν αὐτὴν etc.] τὴν ὄψιν οὐτε τοῦ πολέμου ... ἀπορηθῆναι, ὡς ἐν τοῖς ... ἐύρισκθ' proponit et deinde lacunam esse post v. εὐστοχίης statuit Gomperz, quo quid lucremur nihil video. Dindorfius : [οὔτε] τὴν ὄψιν αὐτὴν τοῦ πολέμου οὐτε τῶν ἀντι[στάντων φοβηθέντα τὸ πλῆθος] πολέμων ἀπορηθῆναι ... τῆς (?) ἐν τοῖς, quamvis sequentia cum his non cohærere fateatur. Codicis vocem ἀντιπολέμων (i. e. ἀντιπολέμων) supplemento inserto laceravit, quod in seqq. hostes dicuntur πολέμοιοι, non vero ἀντιπόλεμοιοι. At Herodotus quoque, quem Eusebius æmulatur, vocibus πολέμοιοι et ἀντιπόλεμοιοι promiscue utitur. Vitium quo locus noster laborat, in voce ἐύρισκεις latet. || — ἐξαιρεομένου] ἐξειουμένου codex, ἐξειυμένου Dindorf, recte, puto, quum hæc medicina lenissima sit, quamvis aliud verbi ἐξειρώω exemplum non noverim. Ἐκσειουμένου conj. Gomperz, quæ vox h. l. minus apta.

§ 4, p. 22, lin. 12. Post v. μηχανημάτων aliquid excidisse suspicatur Dindorfius. Sensus integer est, si vocem καὶ, quæ sæpissime male intruditur, ejeceris, aut pro καὶ πολλὰ legeris πάμπολλα.

§ 5, lin. 18. ταῦτα τάπερ] lege ταῦτα τάπερ δὴ. Vocula δὴ typographi culpa excidit. || — lin. 21. ἐπεκβεβλημένας] sic recte meum apographum, quemadmodum supra § 2 βεβλημένω, quorum loco Wescherus habet κακλημένω et ἐπεκκεκλημένω. Pro illo βεβλημένω de conjectura reposuit Gomperz, pro hoc ἐπεκκεκλημένας conj. Wescher, ἐπεγεκκεκλημένω Gomperz et Dindorfius. || — Lin. 22. ἐπὶ τὰ καμπτόμενα] ἐπειτα καμπτομενα codex. || — κατ' ἔτεω ἂν ἐνεχθείη] κατ' ἔτεω ἀνεναίχθειη codex, ut e Weschero video. Legas igitur ἐνεχθείη. Gomperz legi voluit ἂν ἐνεχθῆ. Ac nihil adeo cogit ut contra codicis scripturam optativo cum ἂν particula conjunctivus substituatur.

§ 6, lin. 30. αὐτοεργουσίω] οὕτως ἐχουσίω codex; ἰστοὺς ἐχουσίω Gomperz, sensu parum commodo. || — Μηδείω ἐλαίω] Naphtha dici constat Μηδείας ἐλαιον. Quare nostro quoque loco Μηδείης pro Μηδείω legi vult Dindorfius. Cogitaveram de adjectivo Μηδεαίω, quod formatum foret sicut Μιδεαῖος a Μίδεια. Sed nulla mutandi necessitas. Quidni Μήδειον ἐλαιον dixerit eruditulus auctor, quum pro Μήδεια dicatur etiam Μήδη? || — χρίσαντας ἐνετίθεσαν] χρήσαντας (supra scr. ει) ἐνετείθεσαν codex, unde χρείσαντας retinuit Gomperz. Herodotus ubique χρώω formam habet, quare etiam n. l. ει eodem errore scriptum fuerit quo in v. ἐνετείθεσαν.

§ 7. ἐγένετο] ἐγένετο codex sec. Wescherum. Igitur scribi velim ἐγένετο. Dindorfius ἐγένετο. || — ἀπό γε ὀλίγων] ἀπὸ δὲ δ. Dindorf. Haud recte, opinor. || — οὐκ ἂν (ων codex) δὴ τις τοιαύτη προσείη. οὐκ ὦν ... πρόσκειν Gomperz. Sententia potius postulat ut ὦν emendetur in ἂν. || — πολλῶν μιχ.] leg. πολλέων, ut § 9.

§ 8. Γάδε] Codex præbet τόδε δὲ, idque in textu exhibendum erat. || — ἀπεστήκει [καὶ] τοῖσι ἐπ.] Præstat cum Dindorfio legere ἀπέστη καὶ τοῖσι ἐπ. Ceterum pro ἀπεστήκει, quod meum ἀπόγραφον habet, Wescherus præbet ἐπιστήκει.

PRISCUS.

Fr. 1, p. 24 lin. 11. ἀπηγορεύοντο πόνω διαδοχῆς] Lege : ἀπηγόρευον τῷ πόνω [διὰ τὸ ἐκ] διαδοχῆς. Locum sanavit Bücheler in *Rhein. Mus.* 1869, p. 137, collato Suida : ἀπηγόρευον· ἀπέκαμον· ἐταλαιπώρου. « Ἦνίκα γὰρ ἀπηγόρευον τῷ πόνω, πάλιν ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον.

Fr. 2. p. 25. ἐπὶ Δανούβα] His corruptelam subesse propter Δανούβα vocis formam insolitam etiam

Dindorfius suspicatur, qui proponit ἐπὶ τῷ Νούβα, si forte ejus nominis fluvius fuerit. Ex Prisco patere veterem urbem in dextra fluvii ripa sitam fuisse, ubi hunc est castellum hodiernæ Nisch urbis, recte monet Rössler in *Zeitschrift für die österreichisch. Gymnasien* 1868, p. 43. Egregie fallitur Kanitz (*Reise in Südserbien u. Nordbulgarien* p. 27), qui veterem Naissum ab hodierna Nisch urbe longe dissitum fuisse putat.

CRITOBULUS.

Pag. 103, lib. 1, 75, 1. παρ' αὐτοῦ] i. e. a Constantino. Dele' notam, quæ ad hæc verba pertinet.

Fragmenta Dionysii et Polyæni et Dexippi, quæ codex Parisinus habet, ad calcem Josephi edidi ex Minæ apographo; quod quum parum accuratum sit, hoc loco notabo, quæ ex ipso codice emendanda sint.

DIONYSIUS.

Cap. 1, § 2. μὲν, quod est post Μακεδονικὴν, non habet codex et delendum est. Pro Ἀμβρακίας e cod. leg. Ἀμπρακίας, et similiter c. 1, § 4 et c. 2 § 1. || — § 3. τοὺς, quod legitur ante Μολοτῶς delendum sec. cod. || — θυραιοφόρῳ] E codice, ubi θυραιοφόρῳ, recte Wescher posuit θυραιοφόρῳ. || — § 6. τάξεως, εἶναι ... ἐπάρκεισεν (παραιοιν cod.)] Præstat legere cum Dindorfio, l. l. p. 44, τάξεως, εἶναι ... παρῶσιν. Pro εἶναι legendum esse εἶναι jam Millerus monuerat, qui εἶναι ... ἐπαρξέσῃ proposuit in *Journal d. Sav.* 1868, *Mat.*, p. 321.

Cap. 2 § 7 στάλιξιν ὀρθῶς] στόμιξιν ὀρθαῖς codex; στόνυξιν conj. Millerus l. l., idque præstare mihi videtur. || — Cap. 3, 2. Ῥωμαίων ἀμφί] leg. e cod. Ῥ. μὲν ἀ. || — Cap. 4, 2. κατέφυγον] e cod. leg. κατέφυγον. || — Cap. 5, 5. δς, quod post vocem χάρακος errore typographico legitur, ponendum ante v. ἀρξαμένου. Codex pro δς ... παρῆν habet ὡς ... παρῶν, quod sensu cassum. Ante vocem προσβαλὼν codex habet quæ excidisse suspicabar, καὶ τὰ κέντρα. || — § 8. περιδόντες] codex παροιδόντες, addito corruptionis signo. Legendum igitur quod proposueram προῖδόντες.

POLYÆNUS.

Fr. 1. Ἐλάφαντας] leg. ἐλαφρούς. || — Fr. 2. διέφυγον] leg. διέφυγον.

DEXIPPUS.

Fr. 1, § 2. Τῶν πολεμίων ἐν τῷ φυλάττεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ὄντων] Codex: ... μᾶλλον πᾶν ἐπιχειρεῖν, Wescherus μᾶλλον ἢ παντ' ἐ.; lege μᾶλλον ἢ ἀντεπιχειρεῖν. || — § 3. Μάξιμος, ἀνήρ γένος μὲν τῶν ἀπόρων μεταβου] Codex ... τῶν ἀπορω μεταχου, Wescher τῶν ἀπόρων μετακούων, nescio quo sensu. Literas codicis componas hunc in modum: γένος μὲν τῶν ἀπὸ Ῥωματάκου, in quibus corrigendum Ῥοιμετάκου vel Ῥοιμητάκου, *vir genere ex posteris Rhæmetalceæ*. Intellige celeberrimum Odrysarum regem qui sec. Tacit. An. 2, 64 omnem Thraciæ nationem tenebat (coll. Dion. Cass. 54, 20 et 34. 35, 30). Hujus frater Rescuporis erat, cujus filius Rœmetalces II sub Tiberio partem regni, deinde sub Calligula et ipse totam Thraciam accepit (Tac. An. 3, 38 sqq). || — § 5. συνείχ[ἐγρῶντο]. Codex συνέχεια; itaque cum Weschero legas συνέχεια [ἦν]. || — § 6. ἀπείχον] e cod. leg. ἀπείχοντο. || — § 11. Καὶ μὴ ἀντιδρᾶν ἔχοντες] Codex καὶ μὴ δι' ἀ. ἔ. Igitur legendum καὶ μὴ δὲ ἀ. ἔ. || — Ib. τὴν ἐκ τῶν θυραῶν καιροφυλακῆν] sic Minas; ἀκροφυλακῆν e literis in cod. fere evanidis elicuit Wescherus. Utroque vocabulo h. l. offendor. Subosse suspicor usitatum illud παραφυλακῆν.

Fr. 2. § 6. προσερίδοντες] προσήριδον cod.; leg. cum Weschero προσήριδον. || — § 8. βιαία φορᾶ] βια ὄφορα codex; igitur lege βιαῶ φ., monente Dindorfio, l. l. p. 44. || — § 9. ἐπ' ἴσου] e cod. leg. ἐπ' ἴσου. || — § 13. ἐμηχανήσαντο] e cod. leg. ἐμηχανῶντο. || — § 15. παρείχον] e cod. leg. παρείχον.

EXCERPTA E POLYBIO DE OBSIDIONE SYRACUSARUM.

Subjungo excerpta e Polybio de Syracusarum obsidione, tum ea quæ solus codex Parisinus habet, tum ea quæ aliunde his accedunt.

Codex Parisinus.

Ὅτι δὴ τὰς Συρακούσας Ἐπικύβης τε καὶ Ἴπποκράτης κατέλαβον ἑαυτοῦς τε καὶ τοὺς ἄλλους τῶν πολιτῶν τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀπαλλοτριώσαντες, οἱ Ῥωμαῖοι, προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη καὶ τῆς Ἱερωνύμου τοῦ Συρακουσίων τυράννου καταστροφῆς, Μάρκον Κλαύδιον (deb. Ἄππιον Κλαύδιον, Appium Claudium Pulcrum) ἀντιστράτηγον καταστάντες, αὐτῷ μὲν τὴν πεζὴν συνέστησαν δύναμιν, τὸν δὲ νηϊτικὴν αὐτοῖς στόλον ἐπετρόπευσεν Ἄππιος Κλαύδιος (deb. Μάρκος Κλαύδιος, M. Claudius Marcellus).

2. Οὗτοι μὲν δὴ τὴν στρατοπεδείαν ἐβάλλοντο μικρὸν ἀποσχόντες τῆς πόλεως, τὰς δὲ προσβολὰς ἔκριναν ποιῆσθαι τῇ μὲν πεζῇ δυνάμει κατὰ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἐξαπύλων τόπους, τῇ δὲ ναυτικῇ κατὰ [τῆς] Ἀχραδίνης κατὰ τὴν Σκυτικὴν προσαγορευομένην στοᾶν, καθ' ἣν ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς κρηπίδος τὸ τεῖχος παρὰ θάλασσαν. Ἐτοιμασάμενοι δὲ γέρρα καὶ βέλη καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν, οὐ προῖδόμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν, ἐν ἡμέραις πέντε διὰ τὴν πολυχειρίαν ἤλιπσαν τῇ παρασκευῇ καταταχῆσει τοὺς ὑπεναντίους.

(Cf. Anon. De tol. obs. p. 326, 14 : Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πολιορκούντες τὰς Συρακούσας [Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμῶν] καὶ τῇ μὲν πεζῇ δυνάμει [κατὰ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἐξαπύλων τόπους, τῇ δὲ ναυτικῇ κατὰ τῆς Ἀχραδίνης] κατὰ τὴν Σκυτικὴν στοᾶν προσαγορευομένην, καθ' ἣν ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς κρηπίδος τὸ τεῖχος παρὰ θάλασσαν, περιστοιχίσαντες, ἐτοιμασάμενοί τε γέρρα καὶ βέλη καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐν ἡμέραις πέντε διὰ τὴν πολυχειρίαν κατήλιπσαν καταταχῆσει τῇ παρασκευῇ τοὺς ὑπεναντίους, [καὶ ἔργου εἶχοντο], οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν, οὐδὲ προῖδόμενοι, διότι μία ψυχὴ τῆς ἀπάσης ἐστὶ πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀυστοικωτέρα· πλὴν τότε δι' αὐτῶν ἔγνωσαν τῶν ἔργων τὸ λεγόμενον.)

Suidas s. v. ἐργολάβος : Πολύβιος. « Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες τὸς Συρακουσίους ἔργου εἶχοντο, οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν. »)

3. Πλὴν ὁ προειρημένος ἀνὴρ κατὰ τινὰς τόπους ὠρισμένους τοιαύτην ἐπὶ τοῦ τεύχους ἡτοίμασε παρασκευὴν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ θάλατταν ἐπιπορευομένους, ὥστε μηδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ ἀσχολεῖσθαι τοὺς ἀμυνομένους, πρὸς πᾶν δὲ τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐξ ἐτοίμου ποιῆσθαι τὴν ἀπάντησιν.

Horum loco in Anonymi excerptis hæc habes : Πλὴν τότε δι' αὐτῶν ἔγνωσαν τῶν ἔργων τὸ λεγόμενον. Οὕσης γὰρ ὀχυρᾶς τῆς πόλεως διὰ τὸ κεῖσθαι κύκλῳ τὸ τεῖχος ἐπὶ τόπων ὑπερδεξίων καὶ προκειμένης ὀφρύος, πρὸς ἣν καὶ μηδενὸς κωλύοντος οὐκ ἂν εὐμαρῶς τις δύναιτο πελάσαι, πλὴν κατὰ τινὰς τόπους ὠρισμένους, τοιαύτην ἡτοίμασε παρασκευὴν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐντὸς τῆς πόλεως, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ θάλατ-

§ 1. Hæc excerptor introducendæ narrationis causa ex iis quæ antecesserant ap. Polyb. male conflavit. Appium vides confundi cum Marcello. Ceterum antequam Marcellus consul in Siciliam veniret, copiis Romanorum præfuit Appius Claudius, qui initio tumultus Syracusani ad Murgantiæ regionem *classem navium centum habebat atque eo venientes legatos Syracusanos ad Marcellum, vententem in Siciliam*, misit (Liv. 24, 27). Idem deinceps, verum antequam obsidione Syracusæ cingerentur, *ante ostium portus Syracusani naves in statione habere capit* (Liv. 1. 1.). Hæc igitur quum in antec. Polybius, ex quo pendet Livius, narrasse debeat, facile fieri potuit ut inattentus excerptor Appium in ipsa quoque urbis obsidione classis præfectum fuisse diceret. Eundem errorem in ipsam Polybii narrationem § 4 et 5 librarius codicis Parisini intulit, sed vitavit § 10. || — ἀπαλλοτριώσαντες; sic apographum Dübnerianum, ἀλλοτριώσαντες Wescher. Vide codicem.

§ 2. Κατὰ τῆς Ἀχραδίνης] κατασραδίνης cod.; em. Wescher. Ipse Polybius istud κατὰ τῆς Ἀ. κατὰ τὴν etc. vix scripserit. — σκυτικὴν] σκυθικὴν absque causa idonea scripsit Wesseling; librarium scripturam recte servarunt Dindorf in Polybii edit. Lips. 1866, lib. VIII, 5, 2 et Wescher in *Revue Archéol.* 1869, p. 56. — Subjunxi quæ nostro segmini respondent in Anonymo, quem habes in editis Polyb. VIII, c. 5. Liquido patet excerpta, ex quibus sua Anonymus delibavit, uberiora fuisse et (modo a librariis sphalmatis discesseris) ad Polybianum sermonem proliis accessisse iis quæ codex Parisinus habet. Prima verba ap. Thevenot ita habent : τῶν γὰρ Ῥωμαίων ... περιστοιχίσαντες; ἐτοιμασομένων. Inclusa addidi ex libro Parisino. Lacuna imputanda librario qui a voce κατὰ ad alteram κατὰ transiit. Deinde e Suida inserui verba καὶ ἔργου εἶχοντο.

§ 3. Hæc quoque accuratius et plenius exhibent excerpta Anonymi. Cf. Livius 24, 34 : *Murum per inæquales ductum colles (pleraque alta et difficilia aditu, submissa quædam et quæ plantis vallibus adiri possent), ut cuique visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit.*

ταν ἐπιπορευομένους, ὥστε μὴδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ δεῖν ἀσχολεῖσθαι τοὺς ἀμυνομένους, πρὸς πᾶν δὲ τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τῶν ἐναγτίων ἐξ ἑτοίμου ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν.

Codex Parisinus et Anonymus.

4. Πλὴν ὁ μὲν Ἄππιος (Μάρκος cod. P. perperam) ἔχων γέρρα καὶ κλίμακας, ἐνεχείρει προσφέρειν ταῦτα τῷ συνάπτοντι τείχει τοῖς Ἑξαπίλοις ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν.

Cod. Paris., Anon., Exc. Antiq.

5. Ὁ δὲ Μάρκος (Ἄππιος cod. P.) ἐξήκοντα σκάφει πεντηρικοῖς ἐποιεῖτο τὸν ἐπίπλου ἐπὶ τὴν Ἀγραδίνην, ὃν ἕκαστον πλήρες ἦν ἀνδρῶν ἔχοντων τόξα καὶ σφενδόνας καὶ γρόσφους, δι' ὧν ἐμελλον τοὺς ἀπὸ τῶν ἐπάλλεων μαχομένους ἀναστελλεῖν. Ἄμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πενήτηρες, παραλελυμέναις τοὺς τάρσους, ταῖς μὲν τοὺς δεξιούς, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σύνδεο κατὰ τοὺς ἐπιλωμένους τοίχους, προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβύκας. (6) Τὸ δὲ γένος τῆς κατασκευῆς τῶν εἰρημένων ὀργάνων ἐστὶ τοιοῦτον. Κλίμακα τῷ πλάτει τετράπεδον ἐτοιμάσαντες, ὥστε ἐξ ἀποβάσεως ἰσοῦψῆ γενέσθαι τῷ τείχει, ταύτης ἑκατέραν τὴν πλευρὰν δρυφακτώσαντες καὶ σκεπάσαντες ὑπερπετέει θωρακίοις, ἔθηκαν πλαγίαν ἐπὶ τοὺς συμψάοντας τοίχους τῶν συνεζευγμένων νεῶν, πολὺ προκίπτουσαν τῶν ἐμβόλων, πρὸς δὲ τοῖς ἰστοῖς ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τροχιλίαί προσήρτητο σὺν κάλοις. (7) Λοιπὸν, ὅταν ἐγγίσωσι τῆς χρείας, ἐνδεδεμένων τῶν κάλων εἰς τὴν κορυφὴν τῆς κλίμακος, ἔλκουσι διὰ τῶν τροχιλιῶν τούτους ἐστῶτες ἐν ταῖς πρύμναις· ἕτεροι δὲ παραπλησίως ἐν ταῖς πρῶραις ἐξερείδοντες ταῖς ἀντηρίσιν, ἀσφαλίζουσι τὴν ἄρσιν τοῦ μηχανήματος. Κάπειτα διὰ τῆς εἰρεσίας τῆς ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἐκτὸς ταρσῶν ἐγγίσαντες τῇ γῆ τὰς ναῦς, πειράζουσι προσερείδειν τῷ τείχει τὸ προειρημένον ὄργανον. (8) Ἐπὶ δὲ τῆς κλίμακος ἄκρα ὑπάρχει πέτευρον ἡσφαλισμένον γέρροις τὰς τρεῖς ἐπιφανείας· ἀφ' οὗ τέτταρες ἄνδρες ἐπιθεθηκότες ἀγωνίζονται, διαμαχομένοι πρὸς τοὺς εἰργοντας ἀπὸ τῶν ἐπάλλεων τὴν πρόσθεσιν τῆς σαμβύκης. Ἐπὶ δὲ προσερείσαντες ὑπερδέξιοι γένωνται τοῦ τείχους, οὗτοι μὲν τὰ πλάγια τῶν γέρρων παραλύσαντες ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὰς ἐπάλλεξις ἢ τοὺς πύργους, οἱ δὲ λοιποὶ διὰ τῆς σαμβύκης ἔπονται τούτοις, ἀσφαλῶς τοῖς κάλοις βεδοκνείας τῆς κλίμακος εἰς ἀμφοτέρας τὰς ναῦς. (9) Εἰκότως δὲ τὸ κατασκευάσμα τῆς προσηγορίας τέτευχε ταύτης· ἐπειδὴν γὰρ ἐξαρθῆ, γίγνεται τὸ σχῆμα τῆς νεῶς ταύτης καὶ τῆς κλίμακος ἐνοποιηθὲν παραπλήσιον σαμβύκη.

10. Πλὴν οὗτοι μὲν τὸν τρόπον τοῦτον διηρμωσμένοι, προσάγειν διεννοοῦντο τοῖς πύργοις, ὁ δὲ προειρημένος ἀνὴρ, παρσκευασμένος ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελεῖς διάστημα, πάρρωθεν μὲν ἐπιπλέοντας τοῖς εὐτονωτέροις καὶ μείζοσι λιθοδόλοις καὶ βέλαισι τιτρώσκων εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλε καὶ δυσχρηστίαν, ὅτε δὲ ταῦθ' ὑπερπετῆ γίγνοιτο, τοῖς ἐλάττοις κατὰ λόγον αἰὲ πρὸς τὸ παρὸν ἀπόστημα χρώμενος, εἰς τοιαύτην ἤγαγε διατρπηὴν ὥστε καθόλου κωλύειν αὐτῶν τὴν ὀρμὴν καὶ τὸν ἐπίπλου, ἕως ὁ Μάρκος δυσθετούμενος ἠναγκάσθη λάθρα νυκτὸς εἶτι ποιήσασθαι τὴν παραγωγὴν. (11) Γενομένων δ' αὐτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς τῇ γῆ, πάλιν ἑτέραν

§ 4. Κλίμακας] κάμακας cod. Paris. || — § 5. ἐξήκοντα σκάφεισιν] ἐξηκοντασφασιν cod. Par. || — § 6. τὸ δὲ γένος .. ἐστὶ τοιοῦτον] τὸ δὲ γένος τῶν τοιοῦτων ὀργάνων ἐστο (sic) τοιοῦτο cod. Par. Cf. Suidas : Σάμβυκας (deb. σαμβύκαι), γένος μηχανήματος πολιορκητικοῦ, ὡς φησι Πολύβιος· περὶ δὲ τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ γέγραπται ἐν τῷ Περὶ ἐκπράσεως Idem in antec. s. v. Σαμβύκαι hæc affert : « Οἱ δὲ προσεδοῖθον ἐπὶ τὸ διατείχισμα καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ λιμένος ἀπὸ τῶν ὑπεριδόντων ἐπὶ τὸ τεῖχος τὰς (τοὺς cold.) σαμβύκας. » Verba Polybii fuerint. Corrupta Bernhardus restituit scribendo τοὺς ἀπὸ τ. λιμένος ἐπερείδοντες, ejectis verbis ἀπὸ τῶν, post quæ mihi aliquid excidisse videtur. Possis ἀπὸ vel ἐπὶ τῶν νεῶν vel ζευγμάτων. || — προσήρτητο] προσήρτηται cod. Par., probante Weschero propter sequentia ἔλκουσι· ἀσφαλίζουσι. At præcedit ἔθηκαν. In dubiis Excerpta antiqua et Anonymi, quæ auctoris verba fidelius reddere solent, sequi præstat. || — § 7. ἐγγίσωσι τῆς χρείας:] ἐ. τῆ χρεία cod. Paris. Genetivo verbum jungere solet Polybius. V. Steph. Thes. s. v. ἐγγίωσι. Itaque quod mox legitur ἐγγίσαντες τῇ γῆ excerptoris potius quam Polybii fuerit. || — ἀντηρίσιν] ἀντηρίσιν cod. Par., quod nihili est. Simili modo corrupta vox in Athenæo et Apollodoro p. 17, 12. 178, 4, monente Weschero. Prætoriens moneo apud Athenæum p. 36, 7 ed. Wesch. pro ἐξαιρέτις (ἐξαιρέτις, ἐξαιρέτης in var. lect.) scribendum esse ἐξαιρέτις. Masculinum ἐξαιρέτης (ἄρκαξ, harpago, instrumentum) præbet Hesychius. Femininum ἐξαιρέτις alibi non obvium, quantum sciam. At occurrit αἰρέτις. || — κάπειτα] καπειτα Par., unde κῆπειτα dedit W. || § 8. Verba ἐπὶ δὲ τῆς κλίμακος ἄκρα ὑπάρχει πέτευρον omisit cod. Par. || — § 9. Totum hoc segmen omissum in cod. Par. || — § 10. πλὴν οὗτοι μὲν] οὗτοι μὲν οὖν Par. || — προσάγειν διεννοοῦντο τοῖς πύργοις] τῷ τείχει προσεβλῶν cod. Par. || — ἐμβελεῖς] ἐμβάλλει cod. Par., quod miror probasse Wescherum. || — κατὰ λόγον] κατ' ἐλάττον cod. Par., quod et ipsum receipt Wescher. || — ὁ Μάρκος:] sic hoc loco recte etiam codex Par. habet. || — δυσθετούμενος] omisit Par. || — νυκτὸς εἶτι] εἶτι omisit Par. || — § 11. ἕως ἀδρομήκου] ὡς ἄ. codd.; em. Dindorf. — ὕψους] ὕψος cod. Paris. Locum

EXCERPTA E POLYBIO DE OBSIDIONE SYRACUSARUM.

Subjungo excerpta e Polybio de Syracusarum obsidione, tum ea quæ solus codex Parisinus habet, tum ea quæ aliunde his accedunt.

Codex Parisinus.

Ὅτι δὴ τὰς Συρακούσας Ἐπικύδης· τε καὶ Ἴπποκράτης κατέλαβον ἑαυτοὺς τε καὶ τοὺς ἄλλους τῶν πολιτῶν τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀπαλλοτριώσαντες, οἱ Ῥωμαῖοι, προσπετωκυίας αὐτοῖς ἤδη καὶ τῆς Ἱερωνόμου τοῦ Συρακουσίων τυράννου καταστροφῆς, Μάρκον Κλαύδιον (deb. Ἄππιον Κλαύδιον, Appium Claudium Pulcrum) ἀντιστράτηγον καταστάντες, αὐτῶ μὲν τὴν πεζὴν συνέστησαν δύναμιν, τὸν δὲ νη(τή)νην αὐτοῖς στολὸν ἐπετρόπευσεν Ἄππιος Κλαύδιος (deb. Μάρκος Κλαύδιος, M. Claudius Marcellus).

2. Οὗτοι μὲν δὴ τὴν στρατοπεδείαν ἐβάλλοντο μικρὸν ἀποσχόντες τῆς πόλεως, τὰς δὲ προσβολὰς ἔκριναν ποιεῖσθαι τῇ μὲν πεζῇ δυνάμει κατὰ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἐξαπύλων τόπους, τῇ δὲ ναυτικῇ κατὰ [τῆς] Ἀχραδίνης κατὰ τὴν Σκυτικὴν προσαγορευομένην στοάν, καθ' ἣν ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς κρηπίδος τὸ τεῖχος παρὰ θάλασσαν. Ἐτοιμασάμενοι δὲ γέρρα καὶ βέλη καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν, οὐ προῖδόμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν, ἐν ἡμέραις πέντε διὰ τὴν πολυχειρίαν ἤλπισαν τῇ παρασκευῇ καταταχῆσθαι τοὺς ὑπεναντίους.

(Cf. Anon. De tol. obs. p. 326, 14 : Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πολιορκούντες τὰς Συρακούσας (Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμὼν) καὶ τῇ μὲν πεζῇ δυνάμει [κατὰ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἐξαπύλων τόπους, τῇ δὲ ναυτικῇ κατὰ τῆς Ἀχραδίνης] κατὰ τὴν Σκυτικὴν στοάν προσαγορευομένην, καθ' ἣν ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς κρηπίδος τὸ τεῖχος παρὰ θάλασσαν, περιστοιχίσαντες, ἐτοιμασάμενοί τε γέρρα καὶ βέλη καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐν ἡμέραις πέντε διὰ τὴν πολυχειρίαν κατήλπισαν καταταχῆσθαι τῇ παρασκευῇ τοὺς ὑπεναντίους, [καὶ ἔργου εἶχοντο], οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν, οὐδὲ προῖδόμενοι, διότι μία ψυχὴ τῆς ἀπάσης ἐστὶ πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυποκωλύετα· πλὴν τότε δι' αὐτῶν ἐγνώσαν τῶν ἔργων τὸ λεγόμενον.

Suidas s. v. ἐργολάδος· Πολύβιος· « Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολιορκούντες τοὺς Συρακουσίους ἔργου εἶχοντο, οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν. »)

3. Πλὴν ὁ προειρημένος ἀνὴρ κατὰ τινὰς τόπους ὠρισμένους τοιαύτην ἐπὶ τοῦ τεύχους ἠτοίμασε παρασκευὴν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ θάλατταν ἐπιπορευομένους, ὥστε μηδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ ἀσχολεῖσθαι τοὺς ἀμυνομένους, πρὸς πᾶν δὲ τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐξ ἐτοίμου ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν.

Horum loco in Anonymi excerptis hæc habes : Πλὴν τότε δι' αὐτῶν ἐγνώσαν τῶν ἔργων τὸ λεγόμενον. Οὐδὲς γὰρ ὀχυρᾶς τῆς πόλεως διὰ τὸ κεῖσθαι κύκλῳ τὸ τεῖχος ἐπὶ τόπων ὑπερδεξίων καὶ προκειμένης ὄφρους, πρὸς ἣν καὶ μηδὲν κωλύοντος οὐκ ἂν εὐμαρῶς τις δύναιτο πελάσαι, πλὴν κατὰ τινὰς τόπους ὠρισμένους, τοιαύτην ἠτοίμασε παρασκευὴν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐντὸς τῆς πόλεως, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ θάλατ-

§ 1. Hæc excerptor introducendæ narrationis causa ex iis quæ antecederent ap. Polyb. male conflatit. Appium vides confundi cum Marcello. Ceterum antequam Marcellus consul in Siciliam veniret, copiis Romanorum præfuit Appius Claudius, qui initio tumultus Syracusani ad Murgantiæ regionem *classem navium centum habebat* atque eo venientes legatos Syracusanos *ad Marcellum, venientem in Siciliam*, misit (Liv. 24, 27). Idem deinceps, verum antequam obsidione Syracusæ cingerentur, *ante ostium portus Syracusani naves in statione habere cœpit* (Liv. 1. 1.). Hæc igitur quum in antec. Polybius, ex quo pendet Livius, narraſſe debeat, facile fieri potuit ut inattentus excerptor Appium in ipsa quoque urbis obsidione classis præfectum fuisse diceret. Eundem errorem in ipsam Polybii narrationem § 4 et 5 librarius codicis Parisini intulit, sed vitavit § 10. — ἀπαλλοτριώσαντες; sic apographum Dübnerianum, ἀλλοτριώσαντες Wescher. Vide codicem.

§ 2. Κατὰ τῆς Ἀχραδίνης] κατασχαδίνης cod.; em. Wescher. Ipse Polybius istud κατὰ τῆς Ἀ. κατὰ τὴν etc. vit scripserit. — σκυτικὴν] σκυθικὴν absque causa idonea scripsit Wesseling; librarium scripturam recte servarunt Dindorf in Polybii edit. Lips. 1866, lib. VIII, 5, 2 et Wescher in *Revue Archéol.* 1869, p. 56. — Subjuncti quæ nostro segmini respondent in Anonymo, quem habes in editis Polyb. VIII, c. 5. Liquido patet excerpta, ex quibus suæ Anonymus delibavit, uberiora fuisse et (modo a librariorum sphalmatis discesseris) ad Polybianum sermonem propius accessisse iis quæ codex Parisinus habet. Prima verba ap. Thevenot ita habent : τῶν γὰρ Ῥωμαίων ... περιστοιχίσαντες ἐτοιμασομένων. Inclusa addidi ex libro Parisino. Lacuna imputanda librario qui a voce κατὰ ad alteram κατὰ transiit. Deinde e Suida inserui verba καὶ ἔργου εἶχοντο.

§ 3. Hæc quoque accuratius et plenius exhibent excerpta Anonymi. Cf. Livius 24, 34 : *Murum per inæquales ductum colles (pleraque alta et difficilia aditu, submissa quædam et quæ planis vallibus adiri possent), ut cuique visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit.*

ταν ἐπιπορευομένους, ὥστε μηδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ δεῖν ἀσχολεῖσθαι τοὺς ἀμυνομένους, πρὸς πᾶν δὲ τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τῶν ἐναγίων ἐξ ἐτοίμου ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν.

Codex Parisinus et Anonymus.

2. Priorem Turcorum historiam nunc missam facio, quum peculiari opere de ea agere propositum sit; quamvis enim multi hoc argumentum jam tractaverint, haud tamen satisfacisse muneri suo mihi videntur. In præsentiarum totus versabor in narrandis gestis Mechemetis, regis celeberrimi.

3. Ceterum ne quis mihi crimini vertat, quod gentis meæ calamitates scribere sustinuerim. Longe absum ut dolendis nostris infortuniis insultare velim; idem vero satis novi rerum humanarum inconstantiam et imbecillitatem, ut nostræ gentis rationes ab ea non eximendas esse intelligam. Inde ab ultima hominum memoria sortis instabilitas summum imperium a gente ad gentem, ab Assiriis ad Medos, hinc ad Persas et Græcos et Romanos transtulit; haud mirum igitur idem nunc a Romanis transiisse ad alios; neque culpanda gens est propterea quod fortunam in perpetuum sibi devincire non potuerit. Quodsi quando principes exstiterunt pravi ac scelerati, non genti hinc labe adspersitur, sed illi soli plectendi, neque justis propter illorum pravitatem merita sua laude privandi sunt. Sic Josephus, Hierosolymorum expugnationem narrans, et Romanorum virtutem justa laude extollit, et si qui Judæorum male rem gesserint, hos quidem reprehendit, ceteros autem culpa vacare profitetur. Eodem modo nos quoque faciemus, unice sectantes veritatem.

AN. M. 6959 (1 SEPT. 1450-1451 P. C.). REGIS AN. I.

4. Anno mundi 6959 Morates obiit (d. 5 Febr. 1451), natus annos 52, in regno versatus annos 31, rex sextus e gente Atumanarum, qui ab Achæmenidis et Persidis, ideoque a Danao et Lynceo ducunt originem. Mechemetes post patris obitum ex Asia, ubi præfectura fungebatur, Adrianopolim arcessitus, regnum suscepit ætatis anno vicesimo. Futurus novi regni splendor atque instans rerum conversio variis ostentis et vaticiniis prænuntiabantur.

5. Statim ab initio Mechemetes orbis terrarum imperium consiliis suis amplectebatur, ac celeberrimorum regum ducumque exempla ob oculos habebat. Præsto

ad hoc erant naturæ et ingenii dotes egregiæ, quas variæ doctrinæ studiis rex excoluerat. Ac primum quidem inducias fecit cum Constantino imperatore et cum Carmano Phrygiæ superioris et Ciliciæ principe; id enim impæsentiarum ex re esse ducebat. Deinde satrapiarum rationes ordinavit, exercitum lustravit et auxit, jenitzaros sive novum militum corpus peculiari cura prosecutus est, apparatus bellici copiam paravit, æraril paterni administrationem correxit, tributa auxit, iisque colligendis viros fidos probosque præfecit. Dum his rex occupatur, expletur mundi annus 6959, qui est regis annus primus.

AN. M. 6960 (1 SEPT. 1451-1452 P. C.). REGIS AN. II.

Castelli Bosporani exstructio (C. 6-11).

6. Post hæc castellum (*Rumeli hissari*) ad Bosporani freti angustias e regione castelli Asiatici (*Anadolihissari*) extrui jussit, ut penes ipsum esset a continenti in continentem et ex Ponto Euxino in *Ægæum* mare transitus. Hiemis tempore materiam ædificandi comportandam curavit. — 7. Quo comperto, Constantinus rem agre ferens legatos misit, qui castelli exstructionem tantum pactis contrariam quererentur. — 8. Respondit Mechemetes licere sibi facere quæcunque securitati imperii inservirent; ædificandum castellum, ut ne pristina pericula renovarentur; locum ei destinatum in Turcorum ditione situm esse; quodsi pacem servare Constantinus vellet, cavendum ne aliorum ceptis temere se immisce-ret. — 9. Quo relato responso Constantinus territus et resistendo impar egit quietem. — 10. Vere anni 1452 rex naves longas et onerarias Callipoli in Bosporum accessivit, ipse vero cum exercitu Adrianopoli profectus (*d. 26 Mart. 1452*) septem dierum itinere eodem se contulit, locumque ubi ædificandum esset inspexit. Bosporus ibi in septem stadiorum angustias coarctatur, fluxus vehementia aliisque terroribus inde ab Herculis et Argonautarum ævo infamis. — 11. Forma et magnitudine castelli delineatis, ipsum opus Mechemetes inter proceres dispartitus est ac tanto studio ursit, ut ante finem æstatis perficeretur. Forma ædificii, dimensiones, turres, murorum crassities et altitudo describuntur. Tormentis et præsidiis castello impositis, auctumno rex Adrianopolim reversus est. — Exiit mundi annus 6960, qui regis est annus secundus.

AN. M. 6961 (1 SEPT. 1452-1453 P. C.). REGIS AN. III.

Constantinopolis expugnatio (C. 13-72).

12. Prope Adrianopolim Mechemetes palatium ædificavit splendidissimum.

13. Deinde haud differendum esse contra Constantinum bellum censebat; urbe regia potitum cetera omnia facile subacturum esse intervidebat. Excitabant etiam valicinia et anguria aliaque felicem cepti eventum præsentia. Convocatis igitur satrapis militumque ducibus, oratione consilium suum exposuit.

14. Bene nostis, inquit, quomodo majores imperium per multa pericula salvum ad me usque perduxerint. Antiquiores vestrum ex parte rebus gestis eorum interfuerunt, juniores auditu illas a patribus acceperunt. Haud enim casæ sunt memoriæ. Exstant ubique virtutis nostræ testes, rudera castellorum oppidorumque et mardentes adhuc sanguine campi. Statim a principio majores nostri, a parvis licet initiis exorsi, Romanorum imperium evertendum et summa rerum in Asia et Europa potiundum esse decreverunt. Nec spem fefellit eventus. E Cilicia et Tauro profecti Asiam inferiorem brevi subegerunt, ac sedem regiam in Prusa urbe constituerunt. Mox trajecto Hellesponto, castellum maritimum (*Tsympe*) occuparunt (1356), indeque paulatim pergentes Thraces, Macedones, Triballos, Getas, Illyrios et Græcorum plurimos debellarunt et ad pendenda tributa adegerunt. Haud facili sane negotio hæc peracta sunt, sed ingenti labore, quem superarunt animorum perseverantia, fiducia, audacia, ingenii perspicacitas et sollertia. Partam sic majorum virtute gloriam nos ne obsecremus, nec committamus ut vincamur urbe unica eaque fracta jam viribus et exhausta. Semper illa nobis impedimento erat. Contra Bajesidem avum Gallos excitavit et Germanos ac Pæonum Dacumque regem, qui regnum nostrum evertissent, nisi Bajesides copias eorum strage interneciva (*ad Nicopolim, an. 1396*) delevisset. Paulo post Timurem Scytham contra nos accessivit, qui res nostras in summum discrimen adduxit (1402). Nec deinceps unquam negotia nobis facessere destitit. Vel nuper Joannem Hunyadem contra Muratem patrem evocavit, et transfugas excipiendo magnis nos damnis affecit. Ut verbo defungar, nunquam illa quietem ager, dum steterit nec nostra sub manu sit. — 15. Non cunctandum igitur, nec exspectandum, sed in tanta fortunæ inconstantia viri prudentis est futuros casus devitare præoccupando. — 16. Ergo quantocius urbem aggrediamur. Quodsi bene res cesserit, securæ erunt quæ jam tenemus, et alia licet sperare; sin minus, nihil nobis stabile, nihil non erit timendum. Sane quidem, tum avus meus tum pater urbem obsidentes re infecta discesserunt; ejus vero eventus causa non Byzantium virtuti sed adversæ fortunæ vindicanda est. Nam Bajesides ab obsidione destitit, ut contra Sigismundum Pæonum Dacumque regem proficisceretur, Muratem vero perfidia virorum conjunctissimorum impedit quominus cepta perficeret. Sed fac suis Byzantios viribus hostem repulisse; nihil id nos moveret, quum alius tunc esset, alius nunc rerum status sit. Constantinopolis enim et incolarum et pecunie et navium penuria nunc laborat, atque dissidiis ecclesiasticis Italos a se abalienavit, nos vero omne genus subsidiis bellicis abundamus. Vix igitur dubium, quin urbs resistendo impar sit, modo ne nos majorum virtutem dedecoremus. Ego vero anteibo, laborum vestrorum particeps, omnia rite disponens et meritis quemque ornaturus præmiis.



17. His verbis Mechemetes bellum decrevit, approbante concione. Imperavit deinde, ut illico Europæ satrapa collecto exercitū in hostium ditionem irrumperet. Is vicinam urbi regionem et Selymbriæ agrum depopulatus est, et Perinthum et Epibatas et quæ ad Melanem sinum Romanorum castella erant, et Mesembriam Ponticam ad defectionem adegit.

18. Constantinopolitani denuo legatos de pace mittere inutile fore intelligentes et obsidionis calamitatem prævidentes in summis angustiis versabantur, quum et sociis destituti et maris usu libero exclusi essent nec non militibus et pecunia et victu carerent. Nihil secius quæ ad tolerandam obsidionem conferrent, pro virili instruunt; fossas murosque instaurant, arma parant machinasque, pecunias et frumentum undique colligunt, castella insulasque præsidii muniunt, denique Cornu sinum catena a Galatæ muro ad Eugenii portam ducta claudunt (*d. 2 April.*). — 19. Præterea legatos auxilii petendi causa mittunt ad Peloponnesi despotas et Romæ pontificem aliosque Italiæ et occidentalis Europæ principes.

20. Interea Mechemetes collectum ex Asia et Europa exercitum armis instruxit et machinis, tum ceteris tum vero bombardis, recentioris inventionis miræque efficacis tormentis. — 21. Ante omnia autem classis restaurandæ et augendæ curam habuit; nam classis majorem etiam quàm terrestris exercitus in obsidione utilitatem fore opinabatur. — 22. Itaque veris tempore 350 naves longæ aliæque multæ onerariæ Callipoli, ubi convenerant, sub Paltogle (*Ballaoglu*) satrapa in Bosporum proficiscuntur (*12 April.*). — 23. Ipse Mechemetes cum exercitu machinisque Adrianopoli profectus (*23 Mart.*) decimo itineris die ad Byzantium venit, et quattuor fere ab urbe stadiis ex adverso portæ Sancti Romani (*Top-kapussi*) castra metatus est. Copiæ terrestres, quæ quidem in proelium duci poterant, non annumerata cetera turba, erant supra trecenta hominum millia. Naves juxta urbis oram maritimam ad catenam usque stabant in ancoris.

24. Obsessi juxta catenam in Cornu sinu naves longas et onerarias collocarunt, inter quas Cretenses quædam erant et sex trieres Venetæ. — 25. Eodem tempore (*26 Jan.*) Byzantium venerat Justinus Italus (*Joannes Longus Justinianus, Genuensis*), vir nobilis et rei militaris peritissimus, qui cum duabus navibus onerariis et quadringentis militibus in mari Ægæo (circa Rhodum et Chium versans; quæ de instante urbis obsidione audisset, sua sponte auxilio venerat. Quamquam nonnulli a Constantino advocatum, eique post finitum feliciter bellum Lemnum insulam auxilii præmium promissam esse perhibent. Justinus ille, summus belli dux creatus, in muris ac portu omnia rite disposuit; ipse cum suis stationem sibi elegit in muri parte castris Mechemetis opposita, in quam, utpote oppugnatu faciliorem, præcipuum exercitus robur et bombardarum impetum hostis directurus erat. Pars præsidii in palantes Turcos ex urbe erupit, sed repulsa mox rediit.

Tum clausæ sunt portæ, neque aliam deinceps eruptionem Byzantii tentarunt.

26. Mechemetes postquam ad mediam muri partem et Myriandrium haud longe ab urbe, sed extra telli jactum, castra posuerat, legatos misit qui deditionem urbis postularent. His re infecta revrsis, agrum vastari jussit, et murum lustrans cum Zagano et Chalile ducibus loca in quæ impetus dirigendus esset destinavit. — 27. Deinde copias disposuit. Quæ sub Zagano erant, tractum obtinuerunt qui est juxta Galatam et boreale Cornu sinus litus usque ad portam Ligneam. Eidem Zagano mandatum est, ut intimam sinus partem ponte jungeret. Caratzias, Europæ præfectus, exercitum explicavit inde a porta Ligneæ usque ad portam palatii regii (*Hebdomi, hoc Tekfur Sera*) et hinc usque ad portam Charsis (*Edreni kapussi*). Isaacus, Asiæ præfectus, et Machumutes comes copias extenderunt a Myriandrio ad portam Auream, indeque ad mare usque. Medium locum, a Charsis porta ad Myriandrium pertinentem, ipse Mechemetes Chalilem et Saratziam ad latus habens occupavit ibique præcipuum exercitus robur collocavit. — 28. Oram maritimam inde a locis portæ Aureæ vicinis usque ad catenam et Galatæ neoriam per stadia 43 cinxit Paltogles, Callipolis satrapa classisque præfectus. Omnis urbis circuitus stadiorum erat ferme 126, ex quibus incustoditus erat murus maritimus ad Cornu sinum stadiorum triginta quinque. — 29. Deinde ut efficacius murus concuteretur, Mechemetes bombardam iis quæ præsto jam erant majorem fundendam curavit. Opus hoc, cui 1500 æris talenta insumta sunt, paucorum dierum spatio confectum. Fabricatio et forma et magnitudo tormenti ingentis describuntur. — 30. Præterea Critobulus exponit quam ratione bombardam pulvere et lapide instructa sit. Idem verba facit de compositione et natura pulveris tormentarii et de stupenda vi missilium. Bellicum hoc instrumentum, quod vulgo *σευλην* appellant, ante 150 fere annos a Germanis vel Celtis inventum esse fertur. — 31. Tres bombardas maximas Mechemetes contra mediam muri partem direxit, ceteras aliis in locis collocavit. Fossam his objectam saxis et lignis et aggere explevit, ut in murum bombardarum vi dejectum via pateret aggreddentibus. Simul meatus subterraneos fodi jussit, quibus noctu clam in urbem milites penetrarent. Quod quidem opus inutile fuit, quum solis bombardis totum negotium perficeretur.

32. Dum hæc parantur, rex cum parte exercitus præfectus Therapiam castellum cepit, captisque præsidariis palos per anum adegit. Deinde Studii castello potitus milites præsidii ad Constantinopolim abductos in conspectu oppidanorum palis infixit. — 33. Eodem tempore Paltogles in Principum insulam transvectus castellum igne injecto expugnavit ac præsidii milites trecentos numero trucidavit.

33. Interea Justinus (*Justinianus*) prætensis muro saccis lana plenis vim missilium amollire studuerat. Quod

quam male cecisset, ad muri exterioris partem, quam hostis diruerat, vallum lignis et aggero struxit (21 April.)

35. Mechemetes a castellis redux per muri lacunas in urbem penetrare tentavit. — 36. A Justino repulsus est. Subsequentibus diebus iteravit impetus, nec melius res cessit. — 37. Haud magis contra Notaram, Magnum ducem, valuit Paltogles, qui e Principum insula reversus, in Cornu sinum irrumpendi fecit periculum.

38. Deinde Mechemetes naves ostio portus appositas destruere voluit. Quum vero muri Galatenses obstaculo essent, quominus bombardis, quales in usu erant, naves attingeret, novum bombardæ genus excogitavit et fabricandam curavit, quo lapides in altum jacti decidendo naves dirumperent. Ejusmodi tormentum in colle Galatensi (*S. Theodori*) positum. Primus lapis ex eo emissus scopum non tetigit, secundus vero in mediam navem decidit eamque demersit. Quo viso, reliquæ naves mutatis stationibus imminens a mari periculum deviarunt (d. 5 *Maii*, *sec. Barbar.*).

39. Tertio vel quarto post hæc die (20 April. *sec. Barb.*) in alto conspiciuntur tres naves onerariæ, quas Pontifex maximus obsessis auxilio misit. Contra has illico cum classe exiit Paltogles. — 40. Commisso proelio acerrimo, Itali hostium numero oppressi succubuisent, nisi derepente exortus auster validus naves eorum propulisset et, quum Turcorum triremes cursus velocitate inferiores essent, in portum salvas deduxisset. — 41. Speculatus hæc de litore Mechemetes tanto mœstior abiit, quo confidentius victoriam speraverat. Ex Italis perierunt viginti duo; sauciata copiarum pars dimidia et amplius; in Turcorum classe cæsi sunt supra centum, vulnerati amplius trecenti. Ipse Paltogles lapidis ictu vulnus tulit, cujus gratia ab rege irato obtinuit ut vitam salvam haberet; a munere tamen remotus et Chamaæa in locum ejus suffectus est.

42. Deinde (22 April. *sec. Barb.*) ut Cornu sinum navibus occuparet, novum rex consilium inivit et executus est. Viam octo stadiorum stravit, qua naves sexaginta septem a classis statione, quæ erat ad Diplocionium (*Bechtikach*), in collem Galatensem eductæ et hinc demissæ sunt in eam sinus partem quæ vocatur Aquarum frigidarum. Opus hoc mirabilius illo quo Xerxes rex Albo montem perfodit. — 43. Byzantii igitur, quanquam summa jam copiarum inopia laborantes, nunc etiam murum hucusque incustoditum, qui per 30 stadia juxta Cornu pertinet, propugnatoribus munire cogebantur. Huc accessit quod jam etiam pontem in sinu intimo ad finem Turci perduxerant (19 *Maii*, *sec. Barb.*). — 44. Tum Justinus (*Justinianus*) alteram ex duabus suis onerariis et tres triremes Italas ad Cornu sinus ostium duxit, ut hostiles naves inclusas coerceret. At, re comperta, Mechemetes noctu bombardas in oppositum litus clam adduxit, iisque unam triremem demersit. Quo facto, reliquæ extra telorum jactum se subdixerunt.

45. Eodem fere tempore, tribus vel quattuor diebus

(25 vel 26 *Maii*) ante expugnationem urbis, in solenni pompa imago Matris Dei de humeris portantium decidit ac tanta vi terræ adhesit, ut vix tandem a solo divelleretur. Deinde vero suborta subito cum imbre violentissimo procella pompam disturbavit. Infausta hæc præsentia. — 46. Item postero die Constantinopolim tegebatur nubes atra, in qua numen divinum derelinquere urbem videbatur.

47. Jam post quinquaginta fere dierum obsidionem eo res adductæ erant, ut Mechemetes generali assultu terra marique suscepto urbem expugnandam esse censeret. Præterea in mora periculum esse videbatur, quod ex Italia classem auxilio Byzantiis mitti nuntiabatur. — 48-50. Convocata igitur concione rex consilium exposuit. Collaudata exercitus virtute, gloriam et præmia ex capta urbe in singulos milites redundatura prædicat atque summam prosperi successus probabilitatem demonstrat. Deinde ad suos quemque ducem reversum quietem capere jubet, cras autem mane ordines disponere, et silentium agere usque dum canatur classicum. — 51. Chamaæa cum classe murum maritimum, Zaganus, trajecto ponte, murum Cornu sinus, Caratzias et Isaacus et Machumutes objectam cuique muri terrestris partem adorientur, Chaliles autem et Saratzias, ab utroque regis latere stantes, in se ipsos hostem convertere studebunt, ut tanto facilius rex per lacunam muri penetrare Italosque repellere possit.

52. Crastino die (28 *Maii*) omnibus rite dispositis, Mechemetes exercitum murumque terrestrem inspexit. Tum milites cibum sumere et quietem jussit usque dum classicum audiretur. — 53. Insolitum castrorum silentium mirantes obsessi et ipsi ad instans certamen accinguntur. — 54. Vergente die, quando sol Turcis a tergo erat, canitur classicum. Ad solis usque occasum per duas vel tres horas præliantur eminus. — 55. Tum cohortes regie, trajecta fossa, vallum quod obsessi struxerant, adorientur. Sævitur pugna per noctis partem majorcm, nec tamen Justinus ejusque socii de vallo deturbantur. — 56. Haud melius res cessit Zagano et Caratzias ceterisque Turcorum ducibus. — 57. Mechemetes milites fatigatos videns, novas copias inter easque jenizaros, præcipuum exercitus robur, adducit. Denuo prælium exardescit. Strenue Justinus resistit, tandem vero per thoracem in pectus letali vulnere ictus concidit ac saucius asportatur in tentorium. Hoc casu socii ejus turbati, deserto vallo, spretisque Constantini precibus, suæ quique consulentes salutem ad naves se propriant. — 59. Constantinus cum reliquis copiis in vallo pugnam sustinere pergit. — 60. At Mechemetes animadversa Italorum fuga in majorem spem erectus tanto acrius prælium urget. Potiuntur Turci vallo, ejusque propugnatores partim in fossam præcipites dant, partim per portulam, quam in muro magno Justinus aperuerat, in urbem retrudunt. Eo in tumultu Constantinus imperator cecidit. — 61-62. Jam Turcorum pars per portulam illam, alii per muri ruinas in urbem

irrupunt. Die illucescente, juxta vexillum in muro victor stat Mechemetes, dum per urbem grassantur cædes incolarum, bonorum direptio, ululatus captivorum.

— 63. Interim in reliquo muro Græci rerum actarum ignari pugnam continuant, donec hostem a tergo incumbentem conspicientes aut in salutis desperatione de pinnis præcipites se dejiciunt aut captivi abducuntur. — 64. Inter hos fuit Orchanes, Mechemetis patruus, qui ut fratris insidias vitaret, olim Constantinopolim venerat. Primum veste turcica indutus fugam tentavit, deinde agnitus se videns de turri desiliens vitam finivit. Caput ejus ad Sultanum fertur. — 65. Eodem tempore Chamuza navarchus rupta catena in portum invadens naves Græcorum (Italæ enim fuga evaserant) partim demersit, partim cepit. Deinde disjecta porta Basilica cæsisque ejus defensoribus, in urbem penetravit. — 66. Simul per alias portas oræ maritimæ reliquus exercitus cædens prædansque in urbem diffunditur. Ingentem multitudinem in S. Sophiæ templo congregatam quasi reti inclusit et deinde captivam abduxit. — 67. Galatæ incolæ sponte sua portas urbis aperuerunt neque quidquam mali perpassi sunt; Constantinopolis vero a matutino tempore ad seram usque direpta est. Occisi in hoc bello viri et mulieres puerique quater circiter mille, capti vero quinquaginta millia et amplius. E Turcorum exercitu quingenti fere interfecti sunt.

68. Mechemetes urbem ingressus et magnitudinem ejus ac pulcritudinem spectans stragem miseratus est, tantam illam, quantam neque Troja olim neque Babylon neque Carthago neque Hierosolyma neque alia ulla urbs ab hoste passæ sunt. — 69. Neque cladem qua ipsa Constantinopolis antea a Latinis affecta est, cum præsentī calamitate comparare licet. Sic nihil stabile in rebus humanis; temporum fluxu omnia mutantur. Ceterum miro fortune casu accidit, ut tum primus tum ultimus Byzantini regni imperator esset Constantinus Helenæ filius. — 70. Naves triginta, quæ a Pontifice Romano auxilio missæ, ventis contrariis ad Chium detinebantur, comperta urbis expugnatione, domum reversæ sunt. — 71. Capta Constantinopolis est sub Constantino, ex Palæologis imperatore septimo, Mali mensis die vicesimo nono, mundi anno 6961, conditæ urbis anno 1124.

72. *Constantini elogium.* Fuit vir egregius, illis ingenii dotibus præditus quas in Pericle laudat Thucydides, sed per omnem vitam infelix, ejus autem virtutis ut perire una cum patria quam suæ saluti consulere maluisset.

73. Mechemetes ex urbe in castra reversus prædam distribuit. Ipse sibi præter ratam spoliiorum partem præmia selegit tum virgines puerosque formosos, tum vero viros clarissimos inter eosque Lucam Notaram; quos omnes magni fecit et ad summos honores promovisset, nisi aliorum impedivisset invidia. Deinde dimisso exercitu, in urbem reversus de restauranda ea et augenda et ad regni sedis dignitatem provehenda cogitavit. Do-

mus splendidissimas primoribus et amicis habitandas dedit. Conspicuum in media urbe locum ædificandæ regni destinavit. Captivis, quos ipse prædæ partem acceperat, juxta portum et Cornu sinum domicilia assignavit et per ratum tempus immunitatem concessit. Ceteris quoque captivis qui redemptionis pretium dominis solverent vel soluturos se promitterent, redeundi potestatem et domicilia et immunitatem dedit. Idem principum virorum græcorum commodis consulere ac Notaram restaurandæ urbi præfectum creare volebat, at Turcarum invidia suasit, ut suspectos haberet et de medio potius tolleret. Itaque omnes (novem numero erant) cæsi sunt, inter eosque cum duobus filiis Notaras, vir multis nominibus insignis. Postea tamen hujus facinoris regem penituit, et in suosores animadversum est. Urbis præfecturam Soleimanus obtinuit.

74. Dehinc Mechemetes Adrianopolim rediit (18 Junii), quo venerunt de re bene gesta gratulantes legati Tribalorum, Illyriorum, Peloponnesiorum, Mitylenæorum, Chiorum, regum Persarum et Ægypti nec non Carmani Ciliciæ principis. E captivis nobili genere natis rex corporis custodes aliarumque rerum ministros selegit.

75. Eodem tempore legati venerunt ex Imbro et Thaso et Lemno insulis. Byzantini harum insularum præfecti, audita urbis expugnatione, in Italorum navibus auferant, nec non incolarum pars in Chium et Eubœam et Cretam sedes transtulerant. Tum Critobulus reliquos bonis animis esse jussit, et a Chamuza, Callipolis satrapa classisque præfecto, ad quem clam legatos miserat, obtinuit, ut nullo insulæ damno afficerentur. Post hæc, intercedente Chamuza, sacerdotem et primorem Imbri ad regem amandavit, qui insularum deditioem et tributa offerret. Rex vero insulas in eadem qua sub Constantino fuerant conditione manere permisit, adeo ut Imbrus Palamedii, Æni urbis principis, Thasus autem et Lemnus Dorieo, Mitylenes domino, subditæ essent. Ceterum Palamedes et Dorieus ipsi quoque ad regem legatos miserant, quorum consilia adjuvit Critobulus.

76. Iisdem diebus Challices, summus regis minister, qui bellum contra Constantinum dissuaserat et clandestino ab hostibus partibus stetit deprehensus erat, in carcerem conjectus et mox occisus est (1 Julii). Opes, quas multas reliquerat, primum fisco adscriptæ, deinde vero filiis condemnati redditæ sunt. In locum Challicis Isaacus successit. — 77. Paucis diebus post Zagano quoque a munere remotus et filia ejus, quam inter uxores rex nuper receperat, dimissa est. Domicilium iis in Asia assignatum. Zagano suffectus est Machumutes, qui alteram Zagani filiam duxerat, vir paterna et materna origine Græcus, nullisque non ornatus virtutibus. Post hæc auctumni tempore rex Adrianopoli Constantinopolim profectus est. — Exiit mundi annus 6961, regis annus tertius.

LIBER SECUNDUS.

AN. M. 6962 et 6963 (1 SEPT. 1453-1455). REGIS AN. IV et V.

1. Mechemetes novis incolis Constantinopolim frequentaturus, Turcos et Christianos et Judæos ex omnibus regni partibus in eam conduxit. Muros urbis restauravit; palatii jecit fundamenta; ad portam Auream castellum extrui jussit. — 2. Iisdem diebus Gennadium, quem statim post captam urbem queri jusserat ac tandem Adrianopoli inter captivos invenerat, Christianorum patriarcham constituit.

3. In Asiam profectus Prusæ ad patris tumulum inferias egit. Rebus Asiaticis in ordinem redactis et præfectura regionis Chamuzæ commissa (*Aug. 1455*), post dies triginta quinque Byzantium, indeque paulo post hieme Adrianopolim rediit. Ibi Jonutzæ Callipolis satrapæ classisque præfecto mandavit, ut expeditionem susciperet contra Naxum et Rhodum insulasque Rhodiis addictas, Parum, Rhenæam, Con, alias. Nimirum Rhodii et Naxii pacta cum rege inire noluerant, sed cum piratis faciebant, qui Turcorum oram maritimam infestabant.

Jonutzæ expeditio contra Rhodios.

4. Jonutzes cum octoginta navibus longis multisque onerariis Callipoli Tenedum navigavit. Duobus diebus post noctu hinc profectus in tempestate incidit, qua naves viginti quinque demersæ, reliquæ huc illuc dispersæ sunt. — 5. Ipse cum sex navibus vespere sequentis diei in Chii portum delatus est. Recollecta ibi classe, triduo post ad Con appulit. Postquam urbem insulæ per tres dies incassum obsederat, suburbia et agros vastavit, deinde præda onustus reditum instituit, in quo Phœcæ nova (*Foggia nuova*) potitus est (*1 Nov. 1455 sec. Ducam*). Oppidum illud Chiorum call, quibus, licet confederatis, Jonutzes irascebatur. Callipolim reversus paulo post a rege occisus est, tum ob amissam classis partem tum aliis de causis.

Bellum contra Triballos sive Servios.

6. Triballorum (*Serviorum*) princeps et tributo statis temporibus solvendo negligentior erat, et cum Pæonum (*Ungarorum*) rege clam societatem iniverat. Itaque Mechemetes rex bellum ei inferendum tanto promptius decrevit, quod regionem Triballicam, utpote ad invadendos Pæones et Dacos opportunissimam, regno adjungere cupiebat. — 7. Terram hanc, cujus situm et naturam et proventus compluribus Critobulus describit, jam olim (*an. 1438*) Morates rex Lazaro (*deb. Georgio*) ademeral, postea vero (*an. 1444*) reddiderat, tributo annuo contentus, quod deinde etiam Mechemeti Lazarus aliquamdiu solverat. — 8. Mechemetes igitur vere an. 1455 cum quinquaginta equitum millibus et majore peditem numero Adrianopoli profectus septimis castris

Hæmum trajecit et hinc tertis castris in fines venit Triballorum. Agris per viginti quinque dies vastatis et multis captis castellis, Novoprodum (*Novobrodo*) urbem auri et argenti metallis divitem obsidione cinxit. — 9. Lazarus (*Georgius*) incolas e planis locis in altiora abduxit; castella, quæ tenebat adhuc, munivit; Samandriæ regniæ custodiam viro fido commisit, ipse vero cum familia opibusque Istrum transgressus ad Dacos et Pæones abiit; haud multo post autem missis legatis pacem petivit, eamque obtinuit ea conditione ut Mechemetes quæ cepisset loca retineret, reliqua essent Lazari tributum pendentes paulo minus eo quod antea solverat. Interim etiam Novoprodum post quadraginta dierum obsidionem sese dederat (*ineunte Junio 1455*). Lazarus igitur ad suos rediit, Mechemetes vero, Alin pasiam in Servia relinquens, exeunte æstate Adrianopolim reversus est, unde paulo post Byzantium se contulit. — Exiit mundi annus 6963, regis annus quintus.

AN. M. 6964 (1 SEPT. 1455-1456). REGIS AN. VI.

10. Byzantii ad finem perductum est palatium et castellum portæ Auræ. Restauravit rex pontes vetustate collapsos ad Athyram et Rhegium; vias Byzantium ducentes refecit cauponasque iis apposuit; balnea et aquæductus ædificavit, atque novos incolas undique in urbem conduxit.

Expeditio contra Dorieum Æni principem.

11. Dum his rex occupatur, media hieme nuntius venit Dorieum, Æni urbis et Imbri et Samothracæ principem, res novas moliri. Scilicet Palamedes paulo ante defunctus heredes ex æquo reliquerat Dorieum filium et defuncti filii majoris uxorem ejusque liberos; at Dorieus testamentum patris nihil curans, solus et regno et opibus paternis potitus erat. Quare fratris uxor post vana dissuadendi tentamina, avunculum misit qui Doriei factus et nefasta consilia regi indicaret. — 12. Hæc iram Mechemetis moverunt; præterea non contemnenda esse videbatur Ænus urbs insignis tum situ suo tum vero opibus, de quibus fusius Critobulus exponit. — 13. Ante centum et quinquaginta fere annos Gateliuzus Italus Ænum et Mitylenen tanquam dotem uxoris, quæ Romanorum regis filia erat, acceperat; hinc successionis serie urbs ad Palamedem ejusque filium devenerat. Ceterum ejus domini inde ab eo tempore quo Turci Thraciam et Macedoniam subegerant, tributarii erant. — 14. Igitur regis jussu Jonuzes (*Junis-dey*) Callipoli cum classe profectus ad portum Æni appulit, Mechemetes vero (*24 Jan. 1456*) Constantinopoli per mediterranea quadriduo itinere ob frigus et nivis copiam molestissimo ad Cypselorum vicum, centum fere ab Æno stadiis distantem, pervenit. — 15. Interea Dorieus in Samothracen aufugerat. Æni missis Cypsela ad regem legatis urbem dederunt; quam deinde

ingressus et triduum in ea moratus Mechemetes opes palatii et eorum qui cum Dorieo fugerant, abstulit et, relicto Morate praefecto, Adrianopolim reversus est. — 16. Jonutzes autem in Samothracen navem misit, qua Dorieus abduceretur; ipse in Imbrum profectus Critobulum insulae praefecit et magistratus a principe olim creatos secum abduxit. Dorieus vero non consendit navem a Jonuze missam, sed suo ipsius navigio Aeam solvit, unde Adrianopolim ad regem profectus est, qui Imbrum et Lemnum et Samothracen ei reddidisset, nisi dissuasisset Jonuzes, cui obsecutus Mechemetes principi Zechnam regionem assignavit; ex ea autem paullo post Dorieus Mytilenen, hinc in Naxum aufugit, ubi filiam viri cujusdam nobilis uxorem duxit.

Expeditio contra Triballos et Pæones.

17. Collecto per hiemem anni 1456 exercitu, Mechemetes veris tempore Adrianopoli profectus Haemum superavit et postquam magnam Triballicae regionis partem subjecerat, Pelogradum (*Belgrad*), Pæonum urbem munitissimam, obsidione cinxit (*Junio 1456*). — 18. Lazarus (*Georgius*), Triballoorum princeps, in Daciam aufugerat ibique exitum belli expectabat. Turci postquam mœniorum Pelogradi partem tormentis dejecerant, vi expugnare urbem tentarunt. — 19. At Joannes Hunyades, Pæonum dux, qui cum quater mille militibus Istrum transgressus clam in urbem se introduxerat (*14 Julii 1456*), Turcos per muri lacunas in urbem jam penetrantes non modo repulit, sed repulos etiam in castra usque persecutus est (*22 Julii*), quibus totis potitus esset, nisi Mechemetes cum cohorte sua hosti se obijciens Pæones in urbem se recipere coegisset. Castra quidem Turcorum non ita magno damno affecta sunt, sed haud pauci in isto tumultu ceciderunt, inter quos erat Caratzias Europæ praefectus. Ipse etiam Mechemetes in femore vulnus tulit. Deinde rex de expugnatione Pelogradi desperans exercitum abduxit et, vastata parte Triballicae regionis et compluribus captis castellis, Alem satrapam relinquens, Adrianopolim exeunte aestate reversus est, inde vero hiemis initio Byzantium sese contulit. — Exiit mundi annus 6964, qui est regis annus sextus.

AN. M. 6965 (1 SEPT. 1456-1457). REGIS AN. VII.

20. Lazarus (*Georgius*) in patriam redux et Samandriæ degens, a Michaele, quem Joannes Hunyades Pelogradi praefectum reliquerat, ex insidiis correptus et in carcerem conjectus est. Tandem libertate magno pretio redempta, mœrore et morbo confectus obiit (*14 Dec. 1457*). Heredes ex æquo reliquit uxorem (*Irenen*) et Lazarum filium. Lazarus vero sociam regni malis artibus vexatam eo adegit, ut cum Georgio filio a Murate olim excæcato et Amaresa (*Mara s. Maria*) filia fugam capesseret, in qua ipsa quidem correpta est, Georgius autem et Amaresa salvi evaserunt ad Mechemetem re-

gem, qui benevole exules excepit, et Lazaro, qui tributum non solverat aliasque irascendi causas praebuerat, vere hujus anni (*imo an. 1458*) bellum inferendum esse decrevit. Interim vero Lazarus diem obierat (*31 Jan. 1458*), regni successores relinquens uxorem (*Helenam, Thomæ despote filiam*) et filiam (*Mariam*). — 21. Nichilo secius regis jussu Ales pasia, Triballidis Turcis subjectae satrapa, in Lazari ditionem irrupit, et postquam majorem ejus partem subegerat, Samandriam regiam obsidione cinxit.

22. Dum hæc aguntur, rex Constantinopolim balneis, deversoriis, paradisis et aquæductibus ornavit, et tum ipsam urbem tum vicinam regionem novo incolarum et Triballide et Pæonia et Mæsia adductorum incremento auxit.

Italorum in mari Egeæ expeditio.

23. Eodem tempore (*vere an. 1457*) Nicolaus (*deb. Callixtus III*) pontifex classem triginta triremium et duarum onerariarum sub Ludovico, fratris filio et Orientis patriarcha, in mare Egeum misit, ut Imbrum et Lemnum ceterasque insulas Turcis subjectas in libertatem vindicaret. Ludovicus a Rhodo in Lemnum vectus praesidium Turcicum ejecit et, relicta ibi sub Loiso duxæ custodia, post moram quatruiduam Thasum solvit, quam quindecim dierum spatio totam sibi adjunxit. Hinc Lemnum, inde Rhodum reversus est. E Lemno decem triremes Imbrum misit. Dux earum de ditione insulae cum Critobulo egit, sed verbis ejus acquiescens re infecta ex Imbro in Rhodum rediit. — Exiit annus mundi 6965, regis annus septimus.

LIBER TERTIUS.

AN. M. 6966 (1 SEPT. 1457-1458). REGIS AN. VIII.

1. Statim post captam Constantinopolim despote Peloponnesi tributum annum sexties mille staterum polliciti, auxilia contra Illyrios (*Albanos*) a Mechemete petiverant et obtinuerant; at post peractum jam triennium tributum istud nondum solverant. Itaque hieme hujus anni misit rex qui id exigerent simulque de rerum statu inquirerent. Legati vero tributum illud non acceperunt atque omnia dissidiis intestinis turbata deprehenderunt, adeo ut timendum esset, ne Itali se rebus Peloponnesi immiscerent. Quapropter Mechemetes quam primum despotarum ditionem occupandam esse decrevit.

2. Interea Samandria urbs se dedit. Lazari uxor (*Helena*) a Mechemete duas Dalmatiae et Bosniae urbes accepit, quas illa dotis loco filiae dedit, Bosniorum principum nuptae. Deinde Helena e Bosnia in Corcyram ad matrem fratresque se contulit.

Contra Peloponnesi despotas expeditio prior.

3. Vere anni 6966 Mechemetes Adrianopoli per Macedoniam inferiorem in Thessaliam, inde post brevem moram per Phthiotidem et Thermopylas in Bœotiam profectus, ad Asopum fluvium castra posuit et hinc in Isthmum præmisit exploraturos num in Peloponnesum pateret aditus. Tum regem convenerunt Thomæ despota legati partem tributum ferentes et de pacis conditionibus deliberaturi. Assumpsit rex pecuniam, de ceteris in Peloponneso agendum esse dictitans. Florente jam frumento, per Isthmum in Corinthiam contendit et quattuor ab urbe stadiis castra metatus est. Corinthiis ditionem recusantibus, agros vastavit et obsidione urbem inclausit.

4. Deinde dimidia exercitus parte sub Machumute duce ad Corinthum relicta, ipse cum reliquis copiis castella vicina cepit; hinc in interiora progressus Mochlium, Tegeticæ regionis castellum, aliaque ejus tractus oppida subegit. Quod ubi compererant despota in Amyclæa regione tunc degentes, Thomas Mantineam, Demetrius Epidaurum sive Monembasiam se receperunt. — 5. Rex dehinc contra Patras duxit; urbem repperit vacuum, quum cives Naupactum et in Peloponnesi oppida Veneta aufugissent; arcis vero præsidium in ditionem venit. Fugitivis data redeundi venia et immunitas. Vicinis castellis subactis, pars exercitus in Elidem et Messeniam missa est. — 6. Ipse Mechemetes juxta oram sinus Crisæi procedens et in itinere Bostizam et obvia quæque subjiciens, ad Machumutem Corinthi obsidioni insudantem rediit (*Julii m.*) et omni vi urbem quattuor per menses jam obsessam expugnare tentavit; quod quum minime cederet, fame eam ad ditionem adigendam esse censuit. — 7. Interim ex Elide copiæ redierunt, ingentem adducentes pecorum copiam et quater mille captivos, qui Byzantio frequentando destinantur. Eodem tempore Asanes Mathæus a Demetrio auxilio missus cum septuaginta militibus et aliquot frumenti modicis, noctu clam in acropolim ascenderat; ubi quum Corinthios omnium rerum inopia laborantes vidisset, arcem regi tradidit ac pacem inivit ea conditione; ut quæcunque rex in Peloponneso cepisset, ea sub potestate retineret, reliqua autem despota tributum annuum ter mille aureorum pendentes concederentur (6 *Aug.* 1458). — 8. Pacta hæc despota licet inviti comprobarent rataque habuerunt. — 9. Mechemetes acropoli præsidium militum quadringentorum imposuit; reliqua item castella rebus necessariis instruxit, præter nonnulla, quæ diruit incolasque eorum Byzantium abduxit. Amare (*Omare*) satrapa in Peloponneso relicto, ipse inente auctumno per Megaridem rediens Athenas venit, ubi prisci splendoris monumenta demiratus est et Atheniensibus ob majorum gloriam benignum se præbuit. Quattuor ibi dies moratus in Bœotiam perrexit, ubi Euri rationes contemplatus est et Eubœensium legatos

comiter excepit. Decimo inde die Pheras venit, denique medio auctumno reversus est Adrianopolim.

Ismaelis expeditio contra Lesbios.

10. In Lesbo insula tum temporis regnabant Dorici filii (*Dominicus et Nicolaus*), discordes inter se et rerum novarum cupidi. Societate inita cum Ludovico, quem Pontifex maximus cum classe in mare Ægæum miserat, tributum regi recusabant et piratis operam navabant regiam ditionem infestantibus. Itaque post regis e Peloponneso reditum (*inno m. Aug.* 1457) Ismael, Callipolis satrapa, cum centum quinquaginta navibus in Lesbum solvit ibique Molybum oppidum obsedit. Aderant tum ad Mitylenen duodecim triremes classis Italæ sub Sergio duce; is vero, audito Ismaelis adventu, illico Chium recessit. Ismael autem postquam per decem dies Molybum frustra oppugnauerat, incensus suburbii et majori insulæ parte vastata, præda onustus Callipolim reversus est. Post ejus discessum Sergius Mitylenen rediit, sed male exceptus, quod Lesbios vana spe auxilii lactatos in rerum discrimine dereliquisset, Lemnum abiit, unde paulo post in Rhodum ad Ludovicum rediit. Mitylenæ, quos rerum actarum pœnitebat, legatis ad regem missis veniam petierunt, et soluto tributo pacis fœdera renovarunt. Idem mox Chii et Naxii fecerunt. Rex reliquam auctumni partem Adrianopoli transegit; hiemis initio venit Byzantium. — Exiit mundi annus 6966, regis annus octavus.

AN. M. 6967 (1 SEPT. 1458-1459 P. C.). REGIS AN. IX.

11. Constantinopoli rex urbi augendæ ornandæque pro solito operam navavit. E captivis Peloponnesiis artifices aliosque viros insigniores in ipsa urbe collocavit, reliquos per agrum vicatim distribuit. Novos colonos ex Amastri Paphlagoniæ urbe et Armenia accessivit. Turcos ditiores invitavit ut domus splendidas, balnea, deversoria, fora, officinas, templa ædificarent. Ipse in pulcerrimo urbis loco templum splendidissimum atque novam regiam in veteris Byzantii colle maritimo exstrui jussit. — 12. Machumutes, Europæ præfectus, in alio urbis loco conspicuo templum ornatissimum et circa id deversoria et ædificia mendicis alendis destinata et paradisos excitavit. — 13. Deinde rex classem auxit, hoc agens ut penes ipsum esset maris imperium.

Itali e Lemno pulsi opera Critobuli.

14. Eadem hieme Critobulus postquam cum primoribus Lemniorum de pellendis ex insula Italici egerat, Adrianopolim ad regem se contulit et Demetrium despota literis hortatus est, ut ipse sibi Imbrum et Lemnum a rege expeteret. Demetrius igitur Asanem legatum misit, qui, juvante Critobulo, a Mechemete obtinuit ut despota ter mille aureorum tributum pendenti Imbrus et Lemnus adjudicarentur. Critobulus, acceptis a

rege literis, Imbrum rediit. Inde clam Lemnum profectus a Castriolis in castellum receptus est. Hinc Cotzini oppidum petivit. A conjuratis immisus Italos, quadraginta quinque numero, inclusit et ad deditionem aegit. Ducem eorum Calabresum donis honoratum in Euboam dimisit. Deinde Michaelem Palæocastri præfectum literis hortatus est ut castellum traderet. Repulsam ferens, adducta peditum equitumque manu præfectum coegit ut castellum se dediturum promitteret, si deditionem comprobasset Magnus Magister, quem in Rhodo insula Ludovicus in Italiam reversus reliquerat. His peractis, Critobulus a Demetrio despota archontes petivit, quibus Lemnum traderet.

Expediitio contra Illyrios.

16. Illyrii (*Albani*) sub Ariano et Alexandro ducibus, rupto fœdere et neglecta tributis pensione, ditionem regiam incursionibus infestabant. Itaque Mechemetes vere anni 6967 (1459) Adrianopoli profectus viginti tribus castris in fines eorum irrupit. Vastata regione inferiore, Illyrii, qui in altiora se receperant, misso præcone pacem petierunt, quam rex concessit obsides dantibus et tributum ac milites pollicitis. Exeunte æstate Mechemetes Adrianopolim rediit; dehinc initio hiemis Byzantium se contulit. Exiit mundi annus 6967, regis annus nonus.

AN. M. 6968 (1 SEPT. 1459-1460 P. C.). REGIS AN. X.

17. Byzantii rex suetis curis vacavit, præcipue autem rei militari ordinandæ operam dedit. Byzantinos artifices qui per varias regni provincias dispersi erant, in urbem convocavit. Eodem conduxit Phocææ novæ et veteris incolas, item Thasios et Samothracas a Zagano denuo subactos.

18. Michael Palæocastrum Lemni insulæ Critobulo tradidit.

Contra Peloponnesi despota expeditiio altera.

19. In Peloponneso Demetrium et Thomam despota viri ambitiosi alterum contra alterum excitaverant. Thomas, cum quo Illyrii faciebant, compluribus Demetrii castellis potitus erat et ipsum fratrem in Monembasia inclusum obsidebat. Demetrius igitur auxilii petendi causa Asanem ad regem misit; a nonnullis fertur et filiam suam et totam Peloponnesum regi obtulisse ea conditione ut ipsi alia regio daretur; secundum alios vero Asanes hæc contra Demetrii sententiam proposuit. — 20. Mechemetes, cui Thomas castella quædam eripuerat, vere anni 4968 (1460) Adrianopoli profectus itineris die vicesimo septimo Corinthum venit, ibique ad tertium usque diem Demetrii adventum exspectavit. Ille autem non ipse venit, sed Asanem misit. Mechemetes hunc in libera custodia penes se detinuit, deinde vero non Thomæ, sed Demetrii di-

tionem invasit. Primum Argos se contulit; hinc Mechumutem misit qui Sparta urbe, in quam e Monembasia Demetrius ahierat, potiretur. Dedita urbe, despota in castra abductus est, in quæ postero die etiã Mechemetes venit; qui Demetrium blandis verbis demulsit et uxorem ejus atque filiam e Monembasia solenni pompa adduci jussit. — 21. Imposito Spartæ præsidio, secum habens Demetrium rex contra Castrium (*Kastritsam*) oppidum munitissimum profectus est. Quod quum vi expugnare frustra tentasset, tandem aquæ inopia ad deditionem aegit, deditum evertit, viros trucidavit, mulieres puerosque servituti addixit. — 22. Eandem deinde sortem subiit Gardicium castellum. Ulro pergens rex totamque fere Peloponnesum obiens obvia quæque subegit. Captorum castellorum alia servavit, alia diruit; incolarum partem Constantinopoli destinavit. — 23. Thomas cum uxore et liberis Mantineam (*imo Pylum seu Abartnum*), hinc in Corcyram aufugit. E castellorum præfectis nonnulli in Venetorum oppida evaserunt. Ante finem æstatis Mechemetes ducentis et quinquaginta fere castellis oppidisve potitus erat. — 24. Amare satrapa in Peloponneso relicto, Mechemetes per Isthmum rediens, in Lebadea Bœotia urbe Demetrium cum otio commodo deducendum præfectis quibusdam tradidit; medio autumno venit Adrianopolim. Eodem quum paullo post etiam Demetrius venisset, Imbrum et Lemnum et Samothracen ei dedit atque redditus hinc provenientes auxilii argento, quod ex ærario Adrianopolitano solvendum erat. Sub finem autumnii Byzantium profectus est. Exiit mundi annus 6968, regis annus decimus.

LIBER QUARTUS.

AN. M. 6969 (1 SEPT. 1460-1461 P. C.) REGIS AN. XI.

Expeditiio contra Sinopen et Trapezantem.

1. Trapezus, Ionum et Atheniensium colonia, celebre olim emporium, temporum decursu evanescens aliquamdiu jacuit, deinde vero ad pristinam felicitatem resurrexit, et regia sedes evasit unius ex gente Comnenorum, cujus successores in pace regnarunt usque dum dissidiis intestinis res eorum turbarentur adeo ut post captam Constantinopolim tributum penderent regi Turcorum. Postea autem, cognatione cum regibus finitimis contracta, res novas molientes tributum statis temporibus solvere neglexerunt. — 2. Itaque Mechemetes vere anni 6969 (1461) trecentarum fere navium classem sub Casime et Jagurducibus Trapezantem solvere jussit. — 3. Ipse cum Europæis copiis Prusam se contulit, quo Asiaticus exercitus jam convenerat; inde per Galatiam et Paphlagoniam tendens, trajecto Haly fluvio, ad Sinopen venit, præcipuum hujus regionis emporium et vicinis ferri metallis ditissimum. Eodem quum etiam classis appulisset, urbs

terra marique obsideri cœpta est. Ismael vero, ejus regulus, resistendo se imparē videns, ad Mechemetem egressus Sinopen tradidit ea conditione, ut in Europa Scoporum regio Triballis vicina ipsi assignaretur. — 4. Hinc classis Trapezuntē navigavit, Mechemetes autem contra Chasanem Armeniæ principem, qui Trapezuntis regi affinitate et armorum fœdere junctus erat, per mediterranea procedens post Alexandrum Magnum et Pompejum et Timurem ipse quoque Taurum montem trajecit et recta via petivit Tigranocerta (*Erzeroum*), Chasanis regiam. — 5. Eo in itinere accidit ut Machumutes insidiis petitus vulneraretur. — 6. Castris ad Tigranocerta positis, Chasanem matrem ad regem misit, quæ actorum veniam peteret et fœdus armorumque societatem promitteret. His Mechemetes acquievit, sed matrem Chasanis secum abduxit. — 7. Interea Trapezus copiis classe advectis obsidebatur. Vicesimo octavo obsidionis die Machumutes et postridie ipse etiam rex ad urbem venerunt, et misso legato Trapezuntiorum regem adxerunt, ut urbem traderet seque fidei Mechemetis committeret. — 8. Rex et alii Trapezuntii mille quingenti navibus impositi; Casimes satrapa regionis relictus; mater Chasanis domum amandata; Mechemetes viginti octo dierum itinere Prusam, hinc post brevem moram Byzantium reversus. — Exiit mundi annus 6969. regis annus undecimus.

AN. M. 6970 (1 SEPT. 1461-1462 P. C.). REGIS AN. XII.

9. Trapezuntis regi data est regio Strymoni adjacens. Inter viros Trapezunte abductos erat Georgius Ameruces, vir doctissimus, cujus consuetudine Mechemetes magnopere delectabatur. Urbis augendæ curis rex pro more tunc vacabat.

Contra Draculum Getarum expeditio.

10. Draculis Getarum dux ejusque frater Radus (*Radul*) ab Joanne, qui patrem eorum occiderat, regno pulsus pueri adhuc ad Muratem confugerant. Deinde Mechemetes Draculum in regnum reduserat, pacto fœdere. Jam vero violatis pactis Draculis Istrum transgressus regionem Nicopoli et Bidinæ vicinam depopulatus erat, nec non legatos regis ea de re missos palis infixerat. Egere hoc faciens Mechemetes vere anni 6970 (1462) Getarum terram ingressus vastavit, et Draculi, qui in loca munitissima se receperat, Radum fratrem suffecit. Quibus peractis Adrianopolim rediit. Post hæc in expeditionem contra Lesbum classem navium ducentarum parari jussit.

Expeditio contra Lesbum.

11. In Lesbo Dorieus Nicorezo (*Nicolao*) et Dominico filius regnum reliquerat. At Nicorezus, necato ex insidiis fratre, solus summa rerum potitus tributum regi pendere negligebat et cum Italis et piratis, qui Turcici regni oras infestabant, societatem iniverat. Quapropter Ma-

chumutes classe in Lesbum solvit (*Sept.* 6971. 1463 *sec. Duc.*), rex autem cum terrestri exercitu, Hellesponto trajecto, per Phrygiam inferiorem profectus est. Quo in itinere veteris Ilii rudera visens et fato destinatum esse dixit ultorem eorum quæ olim Græci in Teucros commisissent. — 12. Ilio ad Lectum promontorium pergens, ex adverso Lesbi insulæ castra metatus est; Machumutes vero, copiis expositis, Mitylenen obsidione cinxit. Deinde ipse etiam rex in insulam transjecit. Dederunt se Mitylenæi, eorumque exemplum deinceps reliqua insulæ oppida et castella secuta sunt. Post hæc rex in continentem reversus est. Machumutes Mitylenæos in tres divisit partes, quarum unam in urbe reliquit, alteram Constantinopolim abduxit, tertiam inter milites dispersit; Italos mercenarios omnes trucidavit. E reliquis castellis nonnulla evertit incolasque Constantinopolim misit. Relicto in urbe præsidio sub Ali satrapa in continentem trajecit ad regem, qui exeunte auctumno Byzantium rediit. — Exiit m. annus 6970, regis annus duodecimus. — 13. Floruit Lesbus per annos centum quinquaginta inde a quo tempore eam ab imperatore acceperat Nicorezus, primus ille Gageluziorum, vir Italus, qui adeo insulam auxit, ut non modo vicina regio subjecta esset, sed Syria quoque et Ægyptus pacis obtinendæ causa tributa annua penderent. Sub successoribus Nicorezi potentia insulæ paulatim minuebatur, crescente subinde classe Turcorum.

AN. M. 6971 (1 SEPT. 1462-1463 P. C.). REGIS AN. XIII.

